tiſſima & maxime ueridica cenſebanẽ apḋ magiſter
priſcos:hinc ait.M. Tullius in epiſtolis ad Opino
brutũ hæc ex oraculo apollinis pythii edi ſiſſimi
ta tibi puta:nihil poteſt eſſe uerius. Dictus
eſt autẽ pythius a pythõe ut fabulãtur dra
cone:quem ſagittis in prima infantia confe
cit: aliud detymon traditur a Macrobio &
Strabone. Veriſimilia. Secundum platoni/
cos :qui ueriſimilia probabant cum uerita
tem inueniri poſſe diffiderent: hinc ſcrip/
ſit Lactantius opinationem eſſe in phylo/
ſophia academicorum:qui ſciẽtiam ſuſtu
liſſent : amplexique eſſent ignorantiam:a
quo arceſilas academicus dictus eſt ignorã
tiæ magiſter cum affirmaret nihil ſciri poſſe. Democritus quoq; ueritatem iacere demerſam in profundo
tradidit.Et Socrates ſe nihil ſcire dixit:niſi hoc unum qḋ nihil ſciat:hinc ut inqt idẽ Lactãnus academiæ
diſciplina manauit:ſi tamẽ diſciplina dici põt:in qua ignorantia & dr̃ & doceẽ :hinc.M.Tullius in horten
ſio opinioſiſſimos appellat phõs : qm̃.ſ.opinãẽ tãq̃ nihil cõp̄hẽdi poſſit:de ſeipſo quoq; loqns ait magnus
quidem ſum opinator. Præcipi poſſe: Taxat inuerecundiſſimos phõs:qui ſibi ueritatẽ cõpertã eſſe aſſeue/
rabãt:uerũ ut inquit Ariſtoteles libro ſecũdo de cælo & mundo. Enũciare de oĩbus & prætermittere nihil
ſignum uideri poteſt magnæ ſtulticiæ. Sunt q diſceſſum: Omnis de aliqua re inſtitutio debet a definitio/
ne ꝓficiſci ut intelligaẽ quid ſit id de quo diſputetur p finitionẽ enim ut inquit Boetius cuncta colligue/
ſcunt:primo definit mortem ſecundum platonicos a quibus diciẽ θανατοσ εστι ψυχησ και σωματοσ δια/
λυσισ:ideſt mors eſt animæ corporiſq; diſſolution. Nullum diſceſſum: Hoc ſecundum epicureos & Pli/ Finitio
nium & multorum credulitatem:qui exiſtimant totum hominem cõmori. In quã ſententiam calamo ua/ Mors
dit uerſuq; Lucretius q ſcribit in tertio De rerum natura . Nũc age natiuos animantibus & mortales eẽ ani/ quid
mos animaſq; leues ut noſcere poſſis. Diu pmanere: Hoc ſentiebat Zeno & ſtoici. Cor ipſum animus ui/
deẽ : Ariſtoteles in primo de aĩa percenſet opiniones multas ſup aĩa ueterum phyloſophorum:locũ indi/ Cor fõs ue
co ad quem ſi uoles poſſis accedere. In corde ut ait Plini. habitat mens. Et ſecũdum Ariſtotelem. Cor. ſons naꝶ &
eſt uenarum arteriarum & ſenſuum. Et ut inquit Auicenna. Cor eſt principium uirtutis uitalis. Fons uitæ & uitæ
radix dicitur ab interp̄te Galieni. Excordes: Hic comprobat opinio eorum quibus cor ip̄m animus uide Excordes
tur:tanquam excordes dicãtur ſine corde:hoc eſt aĩo:quo ſapimus Sic & uecordes dicti mali cordis: hoc ẽ Vecordes
turbati animi ideſt ueſani ſiue mala ſani. Cõcordes uero quaſi eiuſdẽ animi. Naſica: Tullius in bruto:pu Corculi
bliũ & Scipionẽ naſicã:q ẽ corculũ appellatus:q itẽ bis cõſul & cẽſor fuit habitũ eloquẽtẽ maioris illius q
ſacra accepit filiũ dñt. Pli li.vii. Catos corculos apḋ romãos cognominatos eẽ refert:q ſapiẽtia preſtiterunt:

Aegregie cordatus hō: Apud Mar. Tulliū in primo de oratore inquit Lucius Craſſus. Sic in noſtra ciui-
tate cōtra ampliſſimus atq; clariſſimus uir ut ille: qui pp hāc iuris ciuilis ſciētiam ſic appellatus a ſumm-o
poeta ē. Aegregie cordatus hō Catus Elius ſextus. Ex his uerbis obſeruauimus hūc eſſe uerſum heroicum
ennianū: ubi Dactylus eſt in qūta ſede ex ritu priſcorū: apud quos. ſ. abiciebaſ uelut ſibilus: hic aūt ſextus
Cordatus — Elius nō ſolū cordatus dictus eſt: ſed & Catus cognominatus: non quia ut aiunt ſapiens: ſed acutus Catum
Catus q — enim acutum dicunt ſabini Et cata dicta accipienda ſūt. Acute dicta auctor Mar. Varro porphirio tamen

animus aut ubi aut unde magna diſſentio eſt: aliis
cor ipm aīus uideſ: ex quo excordes uecordes con
cordeſq; dicunſ & naſica ille prudēs bis conſul cor
culū appellatus: & ægregie cordat* hō catus Aeli-
us ſextus. Empedocles aūt animum eē cēſet cordi
ſuffuſum ſanguinem: aliis pars quædam cerebri uiſ
ſe eſt animi pricipatum tenere. Aliis nec cor ipſum
placet nec cerebri quandā ptē eſſe animū: ſed alii i
corde: alii i cerebro dixerūt aī eē ſedem: & locum.
Aium āt aīam ēt fere nrī declarāt noīari. Nā & age
re aīam & efflare dicim*: & aīoſos & bene aīatos: &
ex animi ſerentia. Ipſe autem animus ab anima di-
ctus eſt: zenoni ſtoicō animus ignis uideſ: ſed hæc
quidē quæ dixi cor cerebrum aīam ignem uulgo.
reliq̄ uero fere ſinguli ut multi āte ueteres. Proxie

oratianus interpræs catum exponit, pro ex
perto & docto. Cum ait Oratius. Poſt hæc
ille Catus quantūuis ruſticus ibit. Et plini.
Empe docles — Catos a ſapientia dictos intelligi uult ſicut
Corculos. Empedocles: Hic fuit agrigen-
tinus: qui ex lite & amicitia inter ſe diſſidē
tibus cūcta conſtare autumat. Præcepta ſa-
pientiæ uerſibus cōplexus. De quo Lucreti
us. Carmia quin etiam diuini pectoris eius
uociferātur. Et exponit præclara reperta
ut uix humana uideatur ſtirpe creatus. De
empedocle nō pauca Laertius Diogenes &
alii compluſculi: Cæterum Ariſtoteles re-
Sanguis anima carnis — fert Empedoclem animam conſtituiſſe ex
quatuor elementis. Sanguinē: ob hoc poe
ta purpurā aiam nominauit. Origenes in ſe
cūdo periarchon ſanguinē oium aīalium
aīam ipſorū eſſe euidentiſſime deſignari
tradit. Ex illo eccleſiaſtico. Nō māducabi-
tis ſanguinē: qa aīa totius carnis ſanguis eſt.
ipſe aīam definit ſubſtantiā eē ſenſibilē &
mobilē. Lactātius i libro de opificio docet
Cerebrū regimen mentis — ſanguinē nō aīæ eſſe materiā ſed alimentū: quāuis conſūpto ſanguīe aīa extigui uideatur: ſicut oleum nō ē
ipm lumen: quāuis cōſumpto oleo lumē extinguaſ: ſed eſt nutrimentū. Cricias plius dixit animā eſſe ſan-
guinē. Pars qdam cerebri: Hoc eſt: ut uerbis Pli. utar uiſcex excelſiſſimū pximūq; cœlo capitis ſine carne
ſine cruore ſine ſordibus: hic hēt ſenſuum arcē: hic culmen altiſſimū: hic mentis eſt regimen. Ait Auicēna
Idē ne ſit aīa & aius — cerebrū eſſe principiū uirtutis ſentiendi & mouēdi. Ambroſius in ſexto Exameri initiū inquit neruorum
& oium ſenſuum uoluntariæ cōmotionis cerebrum eſt. Ambroſio & reliquis idem ſentientibus. Refragaſ.
Ariſtoteles qui indubitāter profiteſ a corde oriri & uenas. & neruos. Sed in alii in corde. Aliud eſt cor ip-
ſum & cerebrum eſſe aium aliud ſedem & domiciliū animi: illud enim tanq̄ materiā: hoc tanq̄ locus. Ani-
Aius — mū alii aīam: Inextricabilis quæſtio. Idē ne ſit aīa & animus: an aliud cum aīa dicaſ eſſe qua uiuimus. Ani-
Cōſiliū — mus quo ſentimus & ſapimus. Non deſunt. Argumenta in utrāq; partem. Qui. n. unum eſſe dicunt hanc rō
idem — nē ſequunſ qd nec uiui ſine ſenſu poſſit nec ſentiri ſine uita. iccirco aium & aīam idifferēter appelāt duo
Mens — Epicurei poetæ. Qui aūt dicunt eſſe diuerſa ſic Argumentantur ex eo poſſe intelligi aliud eſſe aium alid
Agere — eſſe aīam: qa incolumi aīa mens. i. animus poſſit extigui qd accidere ſoleat inſanis. Actiana ſentētia ē. Sapi-
animá — mus aīo fruimur anima. Sine animo anima eſt debilis. Lucretius animum dici mentem & conſiliū oſtēdit
ſic ſcribēs. Cōſiliū quod nos aium mentēq; uocamus. Idē ſentit aīum & aīam idē eſſe mortalemq; cū ait. At-
q; aīam uerbi cā cum dicere pergam. Mortalem eſſe docens: aiunſ quoq; dicere credas. Quatenus eſt unum
inter ſe coniūctaq; res eſt. Agere aīam: Moriētes cum in morte ſunt. Et in extremitate uitæ agere aiam di-
Suſpiriū — cuntur Auguſtinus in. xiii. nullus eſt ergo moriens niſi uiuens: qm̄ cum in tanta eſt extremitatæ uitæ in q̄ra
Ex aī — ſunt quos agere aīam dicimus: profecto q nondū aīa caruit adhuc uiuit. Celius in epiſtolis: hortenſius Cū
ſentētia — has litteras ſcripſi aīam agebat. Seneca ſe correptū eſſe mala ualitudine refert in epiſtolis moralibus quam
Cauilla — ſuſpirium appellat. quod aīam agere eſſe dicit. Efflare: quaſi flatum exhalare. Virgilius dixit. Vitam ex
tor — halantem: ſm eos: qui animam uentum eſſe uolunt. Ex aī ſnia: Quotidiana loquutio: qua utimur quan
Vnde — do ſignificamus aliqd factū eſſe prout optamus & uolumus: Cenſores ita uerba concipiebāt: & tu ex ani
aīa dicta — mi tui ſentētia uxorē habes. Quidā olim cauillator & ridicularius hō feſtiuiter reſpōdēs. habeo eqdē inqt
& aius — uxorē ſed nō ex animi tui ſentētia: tum cenſor eū qd itempeſtiue laſciuiſſet in ærarios retulit. Animus
Pſyche — ab aīa: Lactātius in libro de opificio. Alii ſanguinē aīam eſſe dixerunt. Alii ignē: Alii uentū: un̄ aīa uel ani-
unde — mus nomen accœpit quod græcæ: uētus ανιμοσ. Diciſ: unde & ēt pro ſpiritu: & halitu: & odore oris poniſ
apud ſcriptores idoneos. Virgilius animas & olētia mediora fouent illo. Plautus feret anima uxori tuæ. Lu
canus: cōtinuitq; aīam ne quas effundere uoces poſſet Græci aīam ψυχη uocāt quaſi αναψυχοι quod reſpi
rando refrigeret. Cā enim corpi uiuēdi ē: reſpirādi & refrigerādi uim exhibēs: uel quaſi φυσιχειν quod. ſ.
phyſin. i. naturam continens: auctor Plato in cratilo: & origines in libris periarchon. Animus ignis uideſ:
Qui animā ignem eē putauerūt hoc uſi ſūt argumēto: qd præſente aīa corpus caleſcat: recedēte frigeſcat.
Zeno conditor ſtoicæ ſectæ: & alii non pauci animam eſſe ignem putauerunt: Democritus quoq; in eadē
ſentētia eſt. Vulgo: Quaſi dicat rudes ac male eruditos paſſim tradere ſuperiora. Proxime ariſtoxenus

n uſicus

muſicus. Ariſtoteles libro ſeptimo politicorum uidetur inquit cognatio quædam eſſe nobis cum hármoniis & rithmis: quapp multi ſapientũ dixerunt. Alii quidẽ animũ eſſe harmoniá: alii uero habere harmoniam. Idem libro primo de anima repræhẽdit eos: qui aíam eſſe dicunt harmoniá: & quaſi concentum: qm̃ inquit mouere non eſt harmoniæ animæ aũt attribuunt hoc oẽs itaq; conuenit magis dicere harmoniam de bona corporis conſtitutione: q̃ de anima. Cum impoſſibile ſit: ut placet illi: animá eſſe harmoniá. Socrates apud Platoné in phedone. Non recte inquit harmoniam eſſe animá dicimus:

an harmonia ſit aius

autem ariſtoxenus muſicus idẽq; philoſophus ipſius corporis intentionẽ quandã uelut in cantu & fidibus quæ armonia dicit᷑: ſic ex corporis totius natura: & figura uarios modos fieri tanq̃ in cantu ſonos hic ab artificio ſuo nõ receſſit: & tñ dixit aliqd qd ipſum quale eſſet: erat multo ante & dictũ: & explanatũ a platone. xenocrates animi figurã & quaſi corpus negauit eſſe ullã: uerum numerũ dixit eſſe cuiuſuis: ut iã antea pythagore uiſum erat natura maxima eſſet: eius doctor plato triplicẽ finxit aíam cuius principatũ. i. rõnẽ in capite ſicut in arce poſuit: & duas ſeparare uoluit irã & cupiditatẽ quas locis ſuis diſcluſit: irã in pectore cupiditatẽ ſubter p̃cordia locauit. Dicearchus aũt in eo ſermone quẽ corinthi habitum tribus libris exponit doctorũ hominum diſputãtium primo libro multos loquentes facit duobus pherecratem quẽdam

attamẽ ariſtoxenus hoc cũprimis aſſerebat: quẽ litterarũ ueterum diligẽtiſſimũ: & Ariſtotelis philoſophi auditorẽ fuiſſe memoriæ proditũ eſt: q librũ de pithagora ſcripſit: Ariſtoxeni hanc de aia opinionẽ refellit Lactãtius: ſcite & elegãter oſtẽdens aiam harmoniá eẽ nõ poſſe: qm̃ inqt: fides ſua ſpõte canere non poſſunt: animus aũt ſua ſpõte & cogitat & mouet᷑. Fidibus: cythara & chordis muſicis. Vir. Threcia fretus cythara fidibuſq; canoris. Harmonia. Græci harmoniá uocãt concentũ in muſicis: q ex diſſimilimoꝝ uocum moderatione cõcors efficitur. Diapaſon harmoniam effici ex ſeptẽ tonis tradũt: hoc eſt ut interpræta᷑ Plinius uniuerſitatẽ cõcẽtus. Illud annotandũ: qđ pœnultima corripitur cõtra cõſuetudinẽ uulgi perperá producentis. Lucretius harmoniá gaii quá dicunt. Intentionẽ. Concentum modulationẽ a chordis intendendis: alii legunt incentionẽ ab incinnendo. i. canendo. Sic Au. Gellius ſcribit incentiones tibiarũ fuiſſe medicinã plurimis hominum morbis a Mar. Varrone incẽtiua tibia dicta eſt ab incinẽdo: ſicut ſuccentiua a ſuccinẽdo. Cieri. Moueri fieri. Ab artificio ſuo: cum eſſet muſicus: nõ receſſit a muſico artificio: tanq̃ anima ſimili ratione conſtaret in hoie: qua cõcors modulatio cõſtat in fidibus. Xenocrates. Hic diſcipulus fuit Platonis p̃horum ſeueriſſimus: hæbes ingenio ac tardus: adeo ut illũ Plato diceret egere calcaribus: cuius uerbis tãta fides habeba᷑: ut cũ iniurati nullius teſtimoniũ admittere᷑: huic ſoli iniurato crederet᷑.

Dia paſon armoniá

Incẽtiones

Incentiua tibia

Xẽocrates

Ante pithagore uiſum: Pithagoras ſectatoreſq; Pithagore numeris cuncta contineri opinaban᷑: & animas ſociari corporibus certa numeroꝝ ratione: qbus deficiẽtibus arcana uis illa ſolui᷑: qua ſocietas ipſa cõſtabat. Ariſto. quoq; receſſuit ſententiá p̃horum: q animá numeꝝ eſſe crediderũt. Eius doctor. Xenocratis magiſter. Triplicem finxit animá. Plato in timeo tripartitá aiam eſſe dixit: primá eius rationabilẽ partem tenere capitis arcem: ſecundá excandeſcentiá ſiue iraſcẽtiam: ad Domiciliũ cordis atq; præcordia deductá eſſe: tertiá quam appetitum cupiditatemq; dicere poſſumus: in iecore habitantem facit: infernaſq; ſedes obtinere: ut popinas quaſdã. & latinaꝝ latebras: totũ uero hoiem in capite uultuq; eſſe: náq; prudentiá ſenſuſq; omnes capite contineri: cætera uero mẽbra ancillari & ſeruire. tũc animãti ſanitatẽ adeſſe & pulchritudinẽ cum ratio totá regit: parentq; inferiores duæ partes. Cũ uero iraſcentia ſiue cupiditas ſibi ſubiecerint dominá illá reginamq; rationem: tunc cuncta tumultuari. Et perturbationibus uexari dixit. Ariſtoteles hanc Platonis ſententiá taxare credi᷑ cũ ait: quidam dicũt anima eſſe partibilem: & alio intelligere: alio cõcupiſcere: re. n. uera non partes animæ dicẽde ſunt: ſed potentiæ unde ait idẽ Ariſtoteles animam definiri; uegetatiuo: ſenſitiuo: intellectiuo: & motu cũ anima ſit: id quo uiuimus: & ſentimus: & mouemur: & intelligimus. M. Varro animas hoium diuidit in octonas partes. Quinq; ſunt qbus ſentimus. Sexta qua cogitamus. Septima qua progeneramus. Octaua qua uoces mittimus. Locis diſcluſit: diſiũxit: diſſeparauit. Vir. diſcludere nerea ponto: & prior uirgilio. Lucretius dixerat. cõparibus idgi res & diſclũdere mundũ. Dicearchus: hic fuit meſenius & opinatus eſt hoium exordiũ nullũ extitiſſe: tanq̃ ſemper fuerit humanũ genus: cõpoſuit tres libros in qbus p dialogũ diſputatores diſſerebant: ſub quoꝝ diſputatione ſuá ſuper aiam ſententiá declarauit qua aiam nihil aliud eſſe arbitraba᷑: quam uim quandá atq; potentiá æquabiliter fuſam ſparſam digeſtá: tam in corporibus brutoꝝ q̃ hoium: quæ a corpore foret inſeparabilis: ut a morte nullus ſenſus ſupereſſet: ſed totum aial cõmoueretur: qddá conſimile ſenſiſſe uiden᷑ nonnulli eccleſiaſtici ſcriptores: qui ex traduce. Animas uenire confirmant: & ſimul cũ corporali eas ſemine ſeminari: qua ſentẽtia oſtendũt animas eſſe mortales: ſi. n. ſicut animalia cætera ex ſolo ſemine oriun᷑: ita eſſe de hoibus ſentiamus: ſupeſt ut idẽ ſit interitus: huic dicearchi ſñiæ ſubſcribit illud ex eccleſiaſtice: unus interitus ẽ hois & iumẽtoꝝ: & æqua utriſq; cõditio. Phthiotá: ex phthia ciuitate theſaliæ: a qua achilles phthius

Triplex aïa platõis

Potẽtiæ animæ

Octone p̃tes aiæ

Diſcludere

dictus. A deucalione:ſub quo diluuiũ fuit:ante quod fuerat cataclyſmos.i.diluuiũ alterũ:qd' ogygis
diluuiũ appellat:qm̃ eius tẽporibus magnũ factũ eſt:& longe maius:quã poſtea fuerit tempore duca
lionis. Fruſtra aiantes. Si nulla eſt aia:conſectarium eſt ut fruſtra dicant animalia & aiantes:quæ ab

Aiantia — anima nomẽ ſortiunt. Animantia aũt ſuperiorẽ tenent locũ:& animalia ſub ſe habent atq; cõplectun
Aia alens — tur:tanq̃ genus ſpeciem:ſunt.n.quædã quæ animam habent:nec ſunt aialia:ſed animantia:ſicuti ſatis
uegetatiua — & arbuſtis animam alentem ineſſe tradunt:quã phi recentiores uegetatiua appellãt. Itaq; uiuere & mo
rtilla dicimus:nec aialia tñ ſed animã

Deus phorũ plato — tia nuncupant:ut docet Seneca lib.viii.
epiſtolarũ moraliũ. Platonem ſem
per excipio. Vbiq; M. Tullius Platõem
ante ponit oĩbus philoſophis: cũq; mo
do diuinũ. Modo deũ philoſophorũ
nominat de quo dixit Ariſtote. talẽ nul
la ferrent ſecla futura uirũ:qui apolli
nis filius creditus eſt uerũ recẽtiores phi
Ariſtotilem ſolũ ſectant:nec digitũ q
dem tranſuerſum ab ariſtotelica erudi
tione diſcedũt:quã ſi bene pciperent p
fecto cognoſcerent. Dogma Platonis &
Ariſto eſſe cõſimile. In hãc ſniam ait in
v. de finibus Ariſtoteles:quem excepto
Platõe:haud ſcio an recte dixerim pri
cipẽ philoſophorũ. Quatuor genera:
elemẽta ſignificat. Entelechiã. Ariſto.i

Entelechia — primo de aia. aiam entelechiã quandã
eſſe tradit. Albertus quoq; magnus iter
Ariſtotelicos famigeratus lib.xvi.de aia
libus aiam eſſe memorat entelechiam
corporis organici. Ita cũcti Ariſtotelis i
terpretes unanimiter tradũt: ſed hinc
exorit quæſtio:utrũ entelechiã an en

Endelechia — delechiã dicere debeamus cũ pximitas
quædã ſit in pnũciatu.in ſignificatu ue
Endelechiſmos. — ro diſcriminatio nõ parua. Endelechia
.n p.D.ſignificat ut hic interpretat Ci

Entelechia — cero cõtinuã motionẽ:qualis in aia co
gnoſcit:endelechiſmos ẽ cõtinuata mo

Enteleches — bilitas entelechia uero p.T.ſignificat p
fectio q̃dã & conſumatio:& enteleches

Ciceromaſtiges — pfectus:ex hoc ciceromaſtiges conſla
rũt calũniã Ciceroni perĩde ac ignaro
nõ ſolũ philoſophiæ:ſed ẽt græcarum
litterarũ:tanq̃ parũ ſcite:parũq; proſpi

Ether. — cienter endelechiam dixerit:cum entedechiã dicere debuerit:quod Ariſtotelici omnes ſentiunt: tãq̃
Ariſtoteles aiam eſſe dixerit entelechiã hoc eſt pfectionẽ quãpiã pfectæq; naturæ ſubſtantiã celeſtẽ &
ethereã:ether.n.ut inqt Apule.in coſmographia:nõ eſt elemẽtũ unũ ex quatuor:quæ nota ſunt cũctis
ſed lõge aliud numero qntũ ordine primũ genere diuinũ & inuiolabile:uel potius ex qnta nõ magis
noiata natura q̃ nõ intellecta aiam produxerit:uerũ ſiue entelechia ſiue endelechia dicat aia:utrunq;
pbabile eſt:utraq; ſignificatio cõueniens:nec ulla põt dici cã cur hoc q̃ illud magis ſit Ariſtotelicum:
nec ullo argumẽto colligere poſſunt:entelechiã potius:q̃ endelechia ab Ariſt.ſcriptũ eſſe:iã.n. uerbũ

Dẽocritus — nouũ hoc q̃ illud:nec minus altero ſignificari aius q̃ altero põt Democritum. Democritus abderites:
Pẽthalos — theologiã & aſtrologiã didiciſſe fert a magis & chaldeis cũ gymnoſophiſtis quoq; cõgreſſus eſſe:i phi
Gelaſinus — loſophia pẽtathlos extitit.i.qnq; certaminũ ictus:nãq; naturalia:moralia:mathematica:liberales diſci
Mũdus ex Atomis — plinas artiũq; oĩum pitiã callebat:huic oĩa q̃ a mortalibus fierẽt ridicula ac ridẽda uidebant:ſicut he
raclito flẽda unde gelaſius cognominatus:de quo Sene. Ora. Iuue. cæteri:hunc Pli. uirum ſagacẽ & ui
tæ utiliſſimũ fuiſſe refert:ſed nimio iuuãdi mortales ſtudio plapſum:hic ſequutus ſectam doctoris
leucippi ex atomis inter ſe temere cocũtibus dixit mundũ eſſe concretũ:quæ corpuſcula ſunt iſeca
bilia.i.leuia.aſpera:rotũda:angulata:& humata ex eiſdẽ corpuſculis aium quoq; cõſtare credidit ſpiri
tu inſertos ſed ut ait Lactã.in lib. de ira dei:q̃to melius fuerat tacere:q̃ in uſus tã miſerabiles: tã inanes
hẽre linguã. M.T. quoq; in.ii. de natura deorũ illudẽs hos:q ex atomis cũcta cõſtituũt ſi iqt mũdũ effi
cere põt cõcurſus atomorũ:cur porticũ:aut tẽplũ cur domũ:cur urbẽ nõ põt:q̃ ſunt minus operoſa:&
multo qdẽ faciliora:tradit tñ Ari. Democritũ dixiſſe aium eẽ ignẽ. Harũ ſniarũ:pter has ſnias:aliæ
quoq;

phthiotam ſenem quem a Deucalione ortũ diffe
rẽtem inducit:nihil eſſe oĩno animum & hoc eſſe
nomẽ inane:fruſtraq; & aialia:& animantis appel
lari:neq; in hoĩe ineſſe animum:uel animam: nec
in beſtia. Vimq; omnem eã qua uel agamus quid
uel ſentiamus: in oĩbus corporibus uiuis æquabi
liter eſſe fuſam:nec ſeparabilẽ a corpore eſſe:qppe
quæ nulla ſit:nec ſit qcquam niſi corpus unum &
ſimplex:ita figuratũ.ut temperatiõe naturæ uige
at & ſentiat. Ariſtoteles longe omnibus (Platonẽ
ſemper excipio) pſtans:& ingenio & diligẽtia: cũ
quatuor illa nota genera principiorum eſſet com
plexus e quibus omnia orient: quintam quãdam
naturam cenſet eſſe:e qua ſit mens. Cogitare.n.&
prouidere & diſcere:& docere: & inuenire aliqd:
& tam multa alia meminiſſe:amare:odiſſe: cupe:
timere:angi:lętari: hæc & ſimilia eorũ in horũ quat
tuor generum nullo ineſſe putat. Quintũ genus
adhibet uocans nomine:& ſic ipſum animũ ende
lechiã appellat nouo nomine. Quaſi quãdam cõ
tinuatam motionem: & perennẽ. Niſi quæ me for
te fugiunt:hę ſunt fere omnium de animo ſentẽtię
Democritum enim illũ magnum quidem uirũ: ſed
leuibus & rotundis corpuſculis efficiẽtẽ aĩum con
curſu quodã fortuitu omittamus. nihil ẽ.n. apud
illum q non atomorũ turba conficiat:harũ ſentẽ

quoq; ſunt alioꝝ philoſophoꝝ ſuper aía opiniones: quas diſperſim traditas in unū colligimus. Hippon animā dixit eſſe aquā. Diogenes: aera: anaxagoras νουν.i. mentē & intellectū: poſſidōius ideā: aſclepiades quinq; ſenſuū exercitiū ſibi conſonum: Hippocrates ſpiritū tenuem per corpus omne diſperſum: heraclitus pōticus lucē: heraclitus phyſicus ſcintillā ſtellaris eſſentiæ. Critolaus cōſtare eam de qnta eſſentia: hipparchus ignē: anaximenes aera: empedocles & critias ſanguinem: parmenides ex terra & igne Xenophanes ex terra & aqua quidā calidū dicunt animam: quidā frigidū: pp reſpirationem. M. Varro ita definit anima eſt aer conceptus ore: deferuefactus in pulmone temperatus in corde: diffuſus in corpus inter tot diſſidia philoſophoꝝ obtinuit: tamen ſentētia ſuum eſſe animæ in corporalitatem imortalitatemq;.

Opiones aia cōpluſculæ

tiarum quæ uera ſit: deus aliqs uiderit: quæ ueriſimilis magna quæſtio eſt utrū igiť inter has ſententias diiudicare malumus an ad ꝓpoſitū redire? A. cuperē equidem utrūq; ſi poſſet. ſed eſt difficile cōfundere quare ſi ut iſta nō diſſeramus liberari mortis metu poſſumus: id agamus: ſin id non pōt: niſi hac queſtione animoꝝ explicata: nūc ſi uideť hoc illud alias. M. quod malle te intelligo: id puto eſſe cōmodius: efficit. n. ratio ut quecūq; uera ſit earū ſentētiaꝝ: quas expoſui mors aut malū nō ſit. aut ſit bonū potius. nā ſi cor aut ſanguis aut cerebrū ē aīus certe qm̄ eſt corpus interebit cum reliquo corpore. ſi aer eſt fortaſſe diſſipabiť ſi ignis extingueť ſi eſt ut placet Ariſtoxeni armonia diſſolueť. quid de Dicæarcho dicam? qui nihil oīno animū dicat eſſe. his ſententiis omnibus nihil poſt mortem ptinere ad quemquam poteſt. pariter. n. cum uita ſenſus amittiť. non ſententiis aūt nihil eſt ullā in partem qđ interſit. reliquoꝝ ſentētiæ ſpem afferunt ſi te forte hoc delectat poſſe aīos: cū e corporibus exceſſerint: in cœlū quaſi in domicilium ſuū peruenire. A. me uero delectat idq; primū ita eſſe uelim deinde etiam ſi non ſit: ſic mihi tñ perſuaderi uelim. M. qd tibi ergo opera noſtra opus eſt? nū eloquentia platonē ſupare poſſumus? euolue diligēter eiꝰ eum librū: q eſt de anīo. amplius q deſideres nihil erit. A. feci me hercule & qdē ſæpiꝰ: ſed neſcio quo modo dū lego aſſentior cū poſui librū: & mecū ipe de imortalitate animoꝝ cœpi cogitare: aſſenſio oīs illa elabiť. M. qd hoc? das ne aut manere aīos poſt mortē aut morte ipſa interire? A. do uero. M. qd ſi maneāt. A. beatos eſſe cōcedo. M. ſi intereant. A. nō eſſe miſeros: qm̄ ne ſunt quidē. nā iſtuc coacti a te paulo ante conceſſimus. M. quomodo igiť: aut cur mortē malū tibi uideri dicis: q̄ aut beatos nos efficiet animis manētibus: aut non miſeros ſenſu carētes. A. expone igiť niſi moleſtum eſt primum animos ſi potes remanere poſt mortē: tum ſi minus obtinebis (eſt. n. arduū) docebis carere omni malo mortē. ego. n. iſtud ipſum uereor ne malū ſit nō dico carere ſenſu ſed carendū eſſe. M. auctoribus

Magna quæſtio: qd ſit anima inquit Lactantius nondum inter philoſophos conuenit: nec unq̄ fortaſſe conueniet ignoratur enim quæ ſit natura animi. Nunc hoc. ſ. agamus. Illud alias. ſ. agemus. Si anima eſt. i. aer & ſpiritus: quod Diogenes & Varro & alii animā eſſe tradiderunt. Nihil poſt mortem. Quoniam his prædictis ſententiis declaratur animas eſſe mortales: & a morte nullum ſenſum eſſe ſuperſtitem: ſed cum uita ſimul amitti. Reliquorum ſententiæ, ut Platonis. ut Ariſtotelis: ut Cæterorum: q animas eſſe īmortales affirmāt. In cœlum quaſi in domicilium: in. yi. de repu. ait. M. Tullius hinc profecti huc reuertuntur: & Oratius Serus in cœlum redeas. Seneca i epiſtolis: animam ſcipionis in cœlum ex quo erat rediſſe perſuadeo mihi. Librum de animo. De animæ imortalitate: hic Platōis liber alio nomine inſcribitur phedon: a nomīe uidelicet phedonis philoſophi elidēſis: qui fuit ex cohorte illa ſocratica. Ingenio liberali: & ut quidam ſcripſerunt ſeruituté ſeruiuit lenoni p inde quaſi meritorius: puer queſtuariumq; mancipium eum cebes ſocraticus emiſſe dicitur habuiſſeq; in philoſophū diſciplinis: atq; is poſtea philoſophus illuſtris fuit cuius nomini Plato illum librum diuinū de imortalitate animæ dedit. Aſſenſio elabitur. græci ſynchatateſin uocāt: quā latini aſſenſionē: ſine qua multa cōprendi: & percipi ſenſibus non poſſunt: nec memoria quoq;: nec noticie rerum: nec artes ſine aſſenſione conſtare poſſunt: per aſſenſionem enim cognita approbamus: unde arceſilas & carneades explodendi quibus uiſum eſt nihil percipi poſſe: quo cōceſſo tollendus aſſenſus eſt: quod enim eſt tā futile q̄ quicquam approbare non cognitum has autem probationes: quas græci Syncatatheſes: ut diximus: latini aſſenſiōnes uocant. uoluntarias eſſe ſcribit Au. Gellius: fierique hominum arbitratu: quibus uiſa noſcuntur diiudicanturq;. Vnde ſapiens. multis non aſſentiť: quæ inſipiens ſua aſſenſione approbat: putans talia eſſe qualia ſibi primo animi ſui pulſu uiſa ſunt. Aſſenſiones autē iſtæ elabuntur: cum non perſeueramus in approbationem: incipimuſq; reprobare: id qđ prius approbamus. Carendū eſſe: quod futuri temporis eſt: qui metus agit animos mortalium pauētū: ne toti extinguanť: & oīs ſenſus una cū corpore intereat: ſicut in brutis aīanti

Ignoratꝰ natura aīe

Aīas ī cœlū redire

Phedō

aſſenſiōes

Syncatatheſes

testimõia / ſine argu/ mẽtis ual/ de / Auctori / tas ꝑ rõne / αυτος / εφα / Venerãda / uetuſtas / Caſcũ qd

bus Valere plurimũ. Apud bonos iudices ut inqt Lactãtius in.iiii. Di. inſtitutionũ ſatis habẽt firmitatis te ſtimonia ſine argumentis. Ad auctoritatẽ ut diomedes tradit quẽadmodũ ad anchorã decurrit͛:& auctore Quinti. ſummoꝝ uiroꝝ auctoritas ꝑ rõne eſt. Tãta fuit olim pythagoræ apud pythagoricos auctoritas: ut ẽt ſine rõne ualeret q ſiqͭ affirmare diſputãdo uoluiſſent dicere ſolebãt αυτος εφα ipſe dixit. Cicero tñ arbi trat͛ in ſecũdo de diuinatione nõ eſſe phi uti teſtibus quẽ oportet argumẽtis & rõnibus quare qcq̃ ita ſit do/ cere. Antiqtate. ſ. uti poſſumus: tãta eſt inqt Lactãti. auctoritas uetuſtatis ut inqrere in eam ſcelus eẽ dicat͛ Itaq; creditur ei tanq̃ cognitæ ueritati uete/ ra: ut eleganter refert Quintilianus maieſtas quædã: & ut dixerim religio cõmendat hinc a poetis uetuſtas ueneranda nũcupat͛. Quo proprius. Quãto uicinius. Abortu. Abori gine prima mũdi & hoĩum. Hoc melius: tãto melius. Caſtos appellat. lego caſcos. Caſcum. n. ſignificat uetus. Cuius uerbi origo ſabia eſt. Verſus ennianus: quo priſcos ap/ pellat caſcos: hic eſt: quã primũ caſci populi genuere latini: manilius ait caſcũ duxiſſe ca/ ſcã nõ mirabile eſt. i. uetulã: nupſiſſe ſeni. pa/ pinius in epigrãmate: qđ in adoleſcẽtem fece rat caſcã: ridiculũ eſt inqͭ cũ te caſcũ tua ca/ ſca dicit. Inde caſſinũ oppidũ dictũ qđ uetus & caſſinũ forũ uetus appellant oſcoꝝ lingua caſnar ſenex dictus: in codicibus feſti Põpeii caſſum ꝑ antiquo legit͛: cũ caſcũ legendũ ſit. Funditus. Ita ut nullus ſenſus poſt fata re/ linqueret͛. Põtificio iure. Cõſtituto a põtifi/ cibus: numa põpilius pontificẽ fecit eiq; ſacra oĩa attribuit eiuſq; ſcitis ſacra oĩa priuata: & publica ſubiecit: inſtituitq;: ut idẽ põtifex nõ celeſtes mõ cerimonias: ſed iuſta quoq; fune/ bria placãdoſq; mães edoceret Liuius auctor Mar. Tullius in orõne ꝑ domo ſua põtifices appellat antiſtites deoꝝ ĩterpretes ceremõia rũ. Spõdeũ pedẽ appellarũt põnficiũ: qm̃ co in ſacris utebant͛ neoterici ius põtificiũ cano nicũ appellant.

Sepulchri / uiolati / actio / Magnifica / ſepulchra / egyptioꝝ / Diuerſo / rium

quidẽ ad iſtam ſentẽtiã: quãuis obtinere uti opti/ mis poſſumus: quod in omnibus cauſis: & dẽt: & ſolet ualere plurimum: & primum quidẽ omni an tiquitate: quæ quo proprius aberat ab ortu & di/ uina ꝓgenie: eo melius ea fortaſſe: quæ erant uera cernebat. itaq; unũ illđ erat inſitũ priſcis illis quos appellat caſcas Ennius eẽ in morte ſenſum neq; ex ceſſu uitæ ſic deleri hominẽ: ut funditus interiret: idq; cum multis aliis rebus: tum & pontificio iure & cerimoniis ſepulchroꝝ intelligi licet. quas maxĩ mis ingeĩis ꝑditi: nec tãta cura coluiſſent. nec uio laras: tã in expiabili religione ſanxiſſent niſi hæſiſ/ ſet in eoꝝ mẽtibus mortẽ nõ interitũ eſſe oĩa tollẽ tẽ: atq; delentẽ: ſed quandã quaſi migrationẽ com mutationẽq; uitæ quẽ ĩ claris uiris & fœmis dux ĩ cœlum ſoleret eſſe: in cæteris humi retineret. & ꝑ manerẽt tamẽ ex hac & noſtrorum opinione Ro/ mulus in cœlo cum diis agit æuum: ut famæ aſſen/ tiẽs dixit Ennius. Et apud græcos: indeq; ꝓlapſus ad nos & uſq; ad Oceanũ Hercules tantus: & tam

Cerimoniis ſepulchroꝝ: ſunt quædam cerimoniæ ſepulchrales: quæ pertinent ad funera tionẽ & ĩpenſam ſtructurãq; ſepulchroꝝ. Titulus eſt apud iuriſcõſultos de religioſis: & ſumptibus funerũ. Alter quo titulus eſt de ſepulchro ædificando: quo ſcribit uulpianus religionis intereſt monumenta extrui & exornari: ſepulchri uiolati tanq̃ religioſi loci actio ĩprimis datur ut ſcribit iulianus titulo de ſepulchro uiolato. ubi annotãdum eſt ſepulchra hoſtiũ nobis religioſa non eſſe. ideoq; lapides. Inde ſublatos in quem libet uſum cõuertere poſſumus: ſepulchri autẽ appellatione oẽm ſepulturæ locũ contineri exiſtimandũ ẽ ſepulchri uiolati actio infamiã irrogat Mar. Tullius refert leges de ſepulchris: quibus præcipit͛ ſepulchro/ rum magnificentiam eſſe minuẽdam. Plato quoq; libro. xii. de legibus extrui uetat ſepulchrum altius q̃ qđ quinq; diebus uiri quinq; conſtituere poſſint: lapides quoq; ſuperſtrui præcipit non maiores q̃ ut poſſint de functi laudes quattuor ſolum heroicis uerſibus æditas compræhendere: contra ægyptii ſepulchra magnifi center ædificant: cũ in extruẽdis domibus ſint incurioſi: ſepulchra enim defunctorum ſempiternas domos quoniam apud inferos infinitum ſit tempus uocant: domos uero diuerſoria tanq̃ breui tempore a nobis in habitandas. Sanxiſſent: conſecraſſent: confirmaſſentq;: id enim ſancire eſt. Hereret: infixũ eſſet. Qua ſi migrationem. M. Cato in libro de ſenectute diſſerens ait: ex uita iſta diſcedo tanq̃ ex hoſpitio nõ tanq̃ ex domo. Cõmorandi enim natura diuerſorium nobis non habitandi dedit. Dux ĩ cœlum: ſm philoſopho rum altam ſcientiam loquutus eſt: qui depræhenderunt: bene uiuentium animas ad cœlum. i. ad originem ſuam ſtatim redire: male uiuentium uero diutius in his permorari corporibus & erraticas circum terrã uo/ lutari. Ex hac opinione: ex ea opinione: quæ animos ĩmortales tradit homines per apotheſion referũtur in numerum deorum & diis aſcribuntur ſic Romulus: ſic Hercules: ſic bacchus: ſic ĩnumerabiles alii credũ tur eſſe recepti in numerum deoꝝ. De Romulo Romæ conditore in cœlum rapto in numerum deorũ aſcri pto. Liuius. Dionyſius. Ouidius. & cæteri multa prodiderunt. Inde prolapſus ad nos. Romani ſacra her/ culi fecerunt ritu græco ex Romuli inſtituto: ut docet Liuius: refert Herodotus: ita græcos ab ægyptiis trã/ ſtuliſſe ſacra Herculis: ſicut a græcis Romani mutuati ſunt: fuit. n. apud ægyptios Hercules unus ex. xii. di/ is in numeros fuiſſe Hercules ferũt: ſed thebanũ cũ primis diuulgauerũt. Et uſq; ad oceanũ. Hercules re ligioſe colitur apud gaditanos: q populi ſunt inſulã in oceano athlantico ex quo illud. Gades Herculis hu midumq; tybur: olim Hãnibal gades profectus Herculi uota exoluit & ſacra fecit: ꝑut Liui. & ſilius memi/ nerunt.

Sacra her / culis ab / egyptiis

Hinc ex hac immortalitatis opinione. Liber ſemel natus. Scilicet habet͛ deus: multos aũt fuiſſe

liberos

liberos ſiue bacchos:ſiue Dionyſios:prodiderũt eruditi & explicat Diodorus:celebratior aũt eſt & uulgatior q ex ſemele & ioue gẽitus eſſe fertur:quẽ diodorus tertiũ fuiſſe autumat:& thebis boetiis natum:q dictus eſt liber uel quia liberat ſeruitio curarum animũ:ut ſentit Seneca:uel ob licentiam linguæ fiunt.n.plerıq; ex ebrietate liberiores petulãtioreſq;:uel qa libertatis deus eſt:& ut auctor eſt Plutarchus pro boetiæ libertate pugnauit. Tindaridæ fratres. Caſtor & pollux ſignificanẽ:nam ut inqt Auſo. Tindareus pater his & Iuppiter:hic putat hic ſcit. Non modo adiutores. In.yi. Trangl li cõmentatio enarrauimus quemadmodũ caſtor & pollux. Domitio æne barbo de uictoria nũciarũt: cui minime credẽti malas barbãq; mãibus pmulſerũt:& ex fuſca/ In flauã conuerterunt:unde a barba rutila æneiq; coloris ænobarbi dicti:hinc ait Tertulianus:barbã a caſtoribus tactu irrufatã. Dionyſius quoq; in.yi.anniqtatum miraculũ memorat de caſtoribus:quod.ſ.i pugna ad lacũ regillum apparuerunt duo forma auguſtiore:ducentes æquitatum Romanũ aduerſus latinos:qui haſtis feriebant ppellabãtq; aduerſarios:ſocios uero cohortabãtur quæ potiſſima cã fuit:ut latini fugarẽtur:& caſtra caperẽtur: iidẽ mox uiſi ſunt ſudorẽ æquoꝝ abluẽtes:iuxta iuturnæ fontẽ:deinde cõſpectu mortaliũ ſe ſubduxerũt.tũc ædes pollucis & caſtoris.in foro extructa eſt:quos tĩdaridas appellãt:ſicut helena coꝝ ſoror tindaris nũcupata. Quinetiam tradunt hiſtorici tindaridas fuiſſe opitulatores locrẽſiũ in bello aduerſus crotoniatas:uiſoſq; pugnare: q̃diu pfligari ſunt hoſtes. Ino:fabulã inonois refert Ouid. in.iiii. Metamor. quẽadmodũ.ſ.ino una cũ melicerta filio de ſcopulo ſe pcipitẽ miſit in mare:amboq; facti ſunt dii marini de qbus Cypria. ſic refert:melicertes & leucotea pcipitanẽ in maria:& fiũt poſt mõ maris numina:ino dicta leucothea:quaſi cãdida dea a græcis:a latinis:matuta:unde i faſtis ait leucotoe graiis matuta uocabere noſtris autumat Priſcianus.maturã eſſe aurorã.a qua matutinus deducẽ. ſic.n.ſcribit i.ii. Matutinus a matuta.q̃ ſegnet aurorã.uel ut qdã leucoteã.illud obiter annotandũ.qđ annotatu dignum eſt.ancillis ædem matutæ ingredi nefas fuiſſe apud Romanos.cum unã tñ introducãt.quã alapis cedũt.cã eſt qđ nio ancillas peroſa ſit.uiꝝ rem hẽre cũ ſerua ſuſpicata apud hãc quoq; deã ſuis filiis bona nõ optãt nepotibus optãt.ppea qđ ino in filiis extitiſſe iſoelix uideẽ.in filio uero ſororis baccho ſoelix. cui mãmã pbuit mitiq; erga illũ & humano ingenio fuit. Humano generæ. Plinius. in hãc ſniam. Maior celitũ populus ẽt q̃ hoium intelligi põt:hic aũt eſt uetuſtiſſimus referẽdi benemerentibus gratiã mos.ut tales numinibus aſcribãt. Gentiũ dii. Lactan. Tertullianus. Cypria. euidẽtiſſime probãt deos gentiũ hoies fuiſſe. ut Iouẽ. Neptunũ. Iunonẽ. Aeſculapiũ.& id genus innumeros. Cicero quoq; in libro de cõſolatione non dubitauit dicere deos q publicæ colerenẽ hoies fuiſſe. Quinetiã Lactãtius cũ dicere totũ pœne cœlũ humão genere cõpletum.allegat hæc uerba ex tuſculanis. Idem in libro de ira dei. Nimiꝝ inqt hi oẽs qui colunẽ.ut dii.hoies fuerũt. Demonſtranẽ ſepulchra. M. Varro. Solinus. Cyprianus. cæteri tradũt ſepulchrũ iouis i Creta uiſitatũ in oppido gnoſo fuiſſe quod inditio eſt iouẽ hoiem fuiſſe.hinc Lucanus. Tam mendax magni tumulo q̃ creta tonantis. Itẽ in oeta monte fuit ſepulchrũ herculis.quẽ pyrã uocãt. In nyſa ſepulchrum bacchi de quo tñ uarie prodiẽ.ob hoc dixit Plini.quærat nunc aliqs quod liberi patris ſit ſepulchrũ. Initiatus.imbutus ſacris ſacratus.initia.n.ſacra dicunẽ. Ait. M. Varro.q initiis cæteris porci imolanẽ.& q initiis pacis ſoedus cum feriẽ porcus occidiẽ. Alio nomine initiationes nuncupanẽ: quæ ut ait Tertullianus ſemp arcẽt prophanos.& arbitris cauẽt. Myſteriis ſacris. ſecluſa ſacra antiqtus dicebanẽ.quæ græci myſteria appellãt. Vnde myſte dicti ſacerdotes.ut apud Auſoniũ.& Senecã:& Papiniũ. Et ſymmiſtæ cõſacerdotes euſdẽq; ſacris initiati.qua dictione Apuleius. Sidonius Hierony. utunẽ.in myſteriis aũt tradebanẽ multa arcana.quæ in uulgus annũcianda nõ ſunt. Cum auctore Tertul. oĩbus myſteriis ſilẽtii fides debeaẽ. Symbola q̃dã ſunt myſtica q̃ docẽt hoies fuiſſe q pro diis colebanẽ.lege Euſebiũ in pparatiõe euãgelica:in ſacris. iſidis & ſerapidis erat ſimulachrũ.qđ digito labiis ipreſſo admõere uidereẽ ut ſilẽtiũ fieret.qđ ſignãt.ut iqt Aug. ut homines eos fuiſſe taceret. Dicebaẽ aũt monitor ille ſilẽtii deus harpocrates:de quo idonei ſcriptores nõ pauca: de quo Catullianũ eſt illud:factũ me eſſe puta harpocratẽ. Phiſica:philoſophias phyſicas ſiue naturales:qua cauſas rõneſq; reꝝ pſcrutanẽ.imperiti philoſophos irreligioſos putãt:tãq̃ deos eſſe abnuantq ueluti reꝝ naturæ patroni cauſas meras & ſimplices rimanẽ. Viſis qbuſdã. Græci φαντασμα dicũt:quod .M. T. docente Macrobio uiſum uocat:quæ ſpecies una & nomẽ eſt eoꝝ:quæ dormiẽtes uidere ſibi uidenẽ.

præſẽs habetuř deus. Hinc liber de ſemele natus:eademq; famæ celebritate Tindaridæ fratres. qui non modo adiutores in præliis uictoriæ pop. Roma. ſed ẽt nuncii fuiſſe peribenẽ. Quid Ino cadmi filia nonne leuchotea nomĩata a græcis:Matuta habetur noſtris. Quid totũ prope cœlum ne plures proſequar: nõne humano genere cõpletum eſt: ſi uero ſcrutari uetera. & ex his ea q̃ ſcriptores græcie prodiderunt. eruere coner ipſi illi maioꝝ gentiũ dii qui habentur hinc a nobis profecti in cœlu reperienẽ. Quęre quorũ demonſtrantur ſepulchra in græcia:reminiſcere: quoniã es initiatus:quæ tradũtur myſteriis: tũ denique q̃ hoc late pateat itelliges. Sed q nũdum ea quæ multis poſt annis tractari cœpiſſent:phyſica didiciſſent tñ ſibi pſuaſerant q̃tum natura admonente cognouerãt.rõnes & cauſas reꝝ nõ tenebãt. uiſis qbuſdã ſæpe mouebãtur. hiſq; maxime nocturnis ut uide

Liber pater unde

Leucotea
Matuta
Edes matute iter/dicta Ancillis
Dii gentium hoies

Sepulcrũ iouis i creta
initia
Secluſa ſacra
Myſteria
Myſtæ.
Symyſtæ
Harpocrates
phãtaſma uiſum

Qui uitã exceſſerãt. ſic apud Vir. uiſa dehinc cœlo facies delapſa parẽtis Anchiſæ ſubito tales effundere uoces. Macro. oraculũ dici autumat cum in ſomnis parẽs uel alia ſancta grauiſq; perſona qppiam denunciat. Firmiſſimũ: pro potẽtiſſimo argumẽto. Deoꝝ opinio. perſuaſum inſitũq; a natura eſt cũctis mortalibus deos eſſe: & quis uaria ſit de deo inter hoies opinatio atq; diſſidiũ: nemo tñ ferme eſt q deum neget: præclare. n. Ariſtoteles iqt: & a. M. Tullio repetitũ eſt: ſi eſſent hoies q ſub terra ſemper habitauiſſent: & deinde repente euadere in hæc loca: quæ nos incolimus atq; exire potuiſſent: pulchritudine mũdi. Curſibuſq; ſtellaꝝ ordinatiſſimis cũſpectis: pfecto & eſſe deos: & hæc tanta opera deoꝝ eſſe arbitrarenť. Lactan. quoq; nemĩnẽ eſſe ait tã rudẽ: tã efferis moribus: q nõ oculos ſuos in cœlũ tollens eſſe intelligat aliquam dei prouidentiã: qua regať hoc omne quod cerniť. Praua ſentiunt. Alij arbitranť deum eſſe: ſed mortalia nõ curare: alii matrimonia inter deos eſſe crediderũt: Aliis nullus eſt:

Deos eẽ cõſenſus gentiũ eſt

deoꝝ reſpectus aliis pudẽdus. Diagoras quidam athenis fuit. q nullum oino deũ eſſe diceret: ob camq; ſniam cognominatus eſt

De deo Atheos

atheos: protagoras quoq; extitit: q ſibi diceret nõ liquere utrum eſſet aliqs deus: ob hoc athenienſes ipſum utpote ipium & irreligioſum ſuis finibus expulerũt: libroſque eius in cõtione exuſſerũt: male ut inqt Augu. uiuitur: ſi de deo non bene creditur. Lex naturæ. Cõſenſus hoium cunctorũ habẽdus eſt pro lege naturæ: ius. n. naturale ſiue naturæ legẽ appellãt iuriſcõſulti: id qď natura oĩa aĩalia docuit: ut id non ſolũ ad hoies: ſed ẽt ad brutas animantes referatur: cui proximum eſt ius gentiũ: quo humanæ gẽtes utunť: primus gentium cõſen-

Cõſenſus gentiũ

Luctus

ſus cõſpirauit ut ionũ litteris uterenť: ſecũdus gentiũ conſenſus in tõſoribus fuit. tertius conſenſus fuit in orarũ obſeruatione: ut Plinius refert. Nos uero dicamus primã gentiũ conſenſionẽ fuiſſe: ut deum eſſe arbitrarenť. Luctũ ſuſtuleris: luctus ægritudo eſt ex eius q carus fuerit interitu acerbo in luctu atran ſunt purpura auroq; de-

Meror

Leſſũ qd

poſitis: cum eluxerunt nigrã ueſtẽ exuunt purpurãq; reſumũt: & ita intelligẽdũ eſt apud Liuiũ ſeribentẽ matronas luxiſſe brutũ ut parentẽ annuo tẽpore. Meret. Meror ægritudo flebilis eſt. Meſtitudo dicebať quæ nũc mœſtitia. Merere dictũ eſſe a marcere autumat. M. Varro ꝙ merorẽ corpus marceſcere diciť. Lugubris lamentio: leſſum intelligi uult q uox lugubrẽ eiulationẽ ſignificat: q̃uis ſextus helius & lutius. Attilius ſuſpicati ſint leſſum eſſe aliqď ueſtimenti genus funebris: & ita interpretati ſunt uerba legis. xii. tabulaꝝ: quæ hæc ſunt: ne uc leſſum fueris ergo habẽto: qbus ſignificať lamẽtationẽ lugubrẽ in funeribus ꝓhiberi tolliq;. Idq; ſentire: tanq̃ mortuus ſentiat ſe priuatũ uitæ cõmodis: qd ſi ita ſit argumẽtũ haud dubiũ eſt imortalitatis. Quæ poſt mortẽ futura i hác ſniam ait Pli. de hoie loquẽs: uni aiantiũ luctus eſt datus: uni ſupſtitio: uni ſepulturæ cura: atq; ẽt poſt ſe de futuro: pliniani codices de futura habẽt: tu uero lege de futuro: ut ſit ſenſus uni hoi de futuro: hoc eſt de rebus poſt ſe futuris curã eſſe. Serit arbores. M. T. in Catone eadẽ refert explicatius cũ ait ſerũt arbores: q alteri ſeculo ꝓſint: ut ait Stati. noſter in ſynephebis: nec uero dubitat agricola q̃uis ſenex querẽti cui ferat rndere diis imortalibus: q me nõ accipere tñ modo a maioribus uoluerũt: ſed ẽt poſteris tradere: Statius aũt cecilius ſignificatur: q comœdiarũ poeta inclytus fuit: cui ſedigitus palmã ſtatuit inter comicos poetas: q ppꝛea nomen habuit Statius: qa ſeruus fuit. Statius. n. ſeruile nomen eſt. In ſynephebis. Nomen eſt comœdiæ

Statius nomẽ ſeruile

ab argumento dictæ: in qua ſynephebi. i. ſimul pubeſcẽtes adoleſcentuli inducebanť. Synephebi. n. ſimul pu-

Synephebi

beſcentes dicunť græci exephebo. πωλα uocãt pueꝛ. xv. annorum exephebon. xvii. ut ſcribit Cenſori. Baccã. Fructũ baccæ differunt ab acinis: qm̃ acini ſunt minores baccæ maiores: magna quoq; eſt baccis differentia Aliæ namq; ſunt oliuis & lauris aliæ cornis aliæ mirthis ac lentiſco. Alias bacca ſignificat margaritam: unde baccatum monile apud Vir. & Silium. Quid procreatio liberorum. Hæc oĩa eo tendũt. ut oſtendãt mortalibus inſitã eſſe natura duce tacitam de imortalitate aiorum cõſenſionem. Nemo. n. eſſe tam curioſus: circa filios circa adoptiones circa teſtamenta: niſi exiſtimaret poſt mortẽ aliquẽ eſſe ſenſum q talia ſenſurus eẽt.

Baccæ

rentur hi qui uita exceſſerant uiuere. Vt porro firmiſſimũ hoc afferri uideať cur deos eſſe credamus: ꝙ nulla gens tã fera: nemo oium tã ſit imanis: cuius mẽtẽ nõ ibuerit deoꝝ opinio: multi de diis praua ſẽtiunt: id. n. uitioſo more effici ſolet: oẽs tñ eſſe uim: & naturã diuinã arbitranť. Nec uero id collocutio hoium aut cõſenſus efficit: nõ inſtitutis opinio ẽ cõfirmata. nõ legibus. oĩ aũt in re cõſenſio oium gẽtiũ lex naturæ putãda eſt. Quis eſt igiť q ſuorum mortẽ primũ nõ eo lugeat. ꝙ eos orbatos uitæ cõmodis arbitreť. tolle hãc opinionẽ luctũ ſuſtuleris. nemo. n. mœret ſuo incõmodo. dolẽt fortaſſe & angunť: ſed illa lugubris lamẽtatio fletuſq; mœrẽs ex eo eſt: qď eũ quẽ dileximus uitæ cõmodis priuatũ arbitramur idq; ſentiret: atq; hæc ita ſentimus natura duce nulla rõne nullaq; doctrina maximũ uero argumẽtũ eſt naturã ipſam de imortalitate animoꝝ tacitã iudicare: quod omnibus curæ ſunt: & maxime quidẽ quæ poſt mortẽ futura ſint. ſerit arbores quæ alteri ſæculo proſint ut ait Statius in ſynephebis: quid ſpectãs niſi etiam poſtera ſæcula ad ſe pertinere. ergo arbores ſeret diligens agricola quaꝝ aſpiciet baccam ipſe nunq̃ uir magnus leges inſtituta rẽp. cõſerit qd procreatio liberoꝝ. qd ꝓpagatio nois. quid adoptiões

Teſtamentoꝝ

Teſtamentorũ diligẽtia: Vix dici põt quã diligẽtes ſint hoĩes ĩ faciẽdo teſtamẽto: quã circũſpecti tãq̃ ꝑ
ſuaſiſſimũ habeãt ad ipſos ẽ defũctos ea quoq; ptinere. Monumẽta: Monumẽta gñaliter res ẽ mẽoriæ cã Monumẽta
in poſterũ ꝑdita. In qua ſi corpus uel reliqæ iferant̃ fiet ſepulchrũ: ſi uero nihil eorũ iferat̃ erit monumẽtũ
mẽoriæ cã factũ: qd' græci cenotaphiũ appellãt auctor florẽtius iuriſcõſultus ad hãc Ciceróis ſñiam faciũt
uerba. M. Varronis: q ait monumẽta dici. q ĩ ſepulchris ſint qbus prætereuntes admoneãt & ſe fuiſſe & illos
eſſe mortales. Ab eo cætera oia: q ſcripta ac facta ſunt mẽoriæ cã monumẽta dicta. Eulogia. Eulogiũ græ-
ce dr̃ bñ dictum ευλωγεω benedico ευλωγια Eulogia
benedict o. Eulogos rationabili. In decretis
canonicis eulogia ꝑ benedictiõibus ſiue mu
neribus accipiuntur: quæ minutuli ſacerdo
tes ad ſynodum cõuenientes maioribus ſa-
cerdotibus ſummãtibuſq; deportãt. Exiſti-
mo hoc in loco legendũ eſſe elogia potiuſq̃
eulogia; eſt. n. elogiũ quaſi teſtificatio qdam
laudatiõis: interdũ & uituperatiõis: q̃lia i te
ſtamẽtis ĩ ſepulchris anotant̃. Apd̃ iuriſcon
ſultos & oratores crebra ẽ mẽtio elogiorũ: &
nos alíubi plura annotauimus. M. T. in ora-
tiõe pro cluentio. Elogium recitaſti deteſta- Eulogiũ
mẽto. Gn. egnatii patris hominis honeſtiſſi
mi uidelicet & ſapiẽtiſſimi. Sene. deceſſit ne
gotiator teſtamẽtũ oium bonorũ ſuorũ reliqt
formoſam heredẽ & adiecit elogiũ qa pudi
cã cõperi: ſimiliter in libro de ſenectute elo
giũ q elogiũ leger̃ mali. Cũ ait Cato: quãta ĩ
atilio calatino auctoritas: in quẽ illud elo-
giũ uni cõplurimæ conſentiũt: gẽtes prima-
riũ fuiſſe uirum: notũ ẽ totũ eius carmẽ in
ciſum ĩ ſepulchro. Specimẽ: Indiciũ ſignũ.
Probatũ ꝓbamẽtũ. Ad hoĩes iuuãdos
De Catone elogiũ ẽ apud Lucanũ. Nõ ſibi:
ſed toti gẽitũ ſe credere mũdo: Plato ĩ epi-
ſtola ad Archytã tarẽtinũ: qd' & a. M. T. repe
titũ eſt: ſcribit nullũ hominum ſibi ſoli na-
tum eſſe: ſed ortus noſtri partem ſibi Patriã
uẽdicare: partem parentes partem amicos.

filiorũ qd teſtamẽtorũ diligentia qd ipã ſepulchrorũ
mõumẽta: qd elogia ſignãt niſi nos futura ẽt cogi
tare: qd illd nũ dubitas qs ſpecimẽ naturæ capi de
ceat ex optĩa quaq; natura q̃ ẽ igit̃ melior ĩ hoĩum
gñe natura quã eorũ q ſe natos ad hoĩes iuuãdos tu
tãdos cõſeruãdos arbitrãt̃. Abiit ad deos Hercu-
les. nũq̃ abiiſſet. niſi cũ iter hoĩes eẽt eã ſibi uiã mu
niuiſſet uetera iã iſta & religiõe oĩum cõſecrata. qd
in hac rep. tot tãtoſq; uiros ob rẽp. iterfectos cogi-
taſſe arbitrãur. Iiſdẽ ne ut finibus nomẽ ſuũ qb⁹ ui
ta termiãret̃. Nẽo unq̃ ſine magna ſpe imortalita-
tis ſe ꝓ pãtria offerret ad mortẽ. licuit eẽ ocioſo temi
ſtocli licuit epãinũde licuit ne uetera & externa q̃
rã mihi ſed neſcio qũo iheret ĩ mẽtibus quaſi ſecu-
lorũ quoddã auguriũ futurorũ: Ideoq; in maximis:
ingeniis: altiſſimiſq; animis & exiſtit maxĩe & appa
ret facillime: qbo qdem dempto qs tã eẽ amẽs qui
ſemp in laboribus & periculis uiueret̃ loquor de
pricipib⁹. qd poete nõne poſt mortẽ nobilitari uo
lunt: uñ ergo illd aſpicite o ciues ſenis ennii imagi
nis urnam. hic ueſtrũ pinxit maxime facta patrum

Viam immortalitatis: Scilicet & migrationis ad deos ſcribit Apu. in apologia: quod Hercules luſtrator
orbis: purgator ferarum: gentium domitor in cœlum ob uirtutes aſcitus eſt: & Ora. in epiſtolis inquit. Di-
ram qui contulit hidram. Notaq; fatali portenta labore ſubegit. Comperit inuidiam ſupremo fine domari
Vetera iã iſta: Scilicet ſunt quæ enim de Hercule produnt̃ ob uetuſtatem fabulis ꝓpriora iudicant̃. Li
cuit ocioſo: Argumentat̃ argumentis ſatis probabilius ad imortalitatem affirmandam quod. ſ. nemo offer
ret ſe ad mortẽ nemo laboraret nemo periclitaretur niſi ꝓpoſita eſſet magna ſpes imortalitatis. Ex hac ſpe Scitũ dignũ de Themiſtocle
Themiſtocles athenienſis & epaminundas thebanus maximas res geſſerũt: ſeſe maximis piculis obiectaue
runt nihil prorſus recuſantes ob gloriæ cupiditatem dum ſe poſt mortem perinde ac immortales aliqd ſen
ſuros eſſe arbitrabant̃ De Thẽiſtocle uulgata ſunt oia: cuius clariſſimæ uictoriæ de perſis teſtis quotidie ci
tatur ſalaminiaca ata pugna de Themiſtocle memorabile ẽ qd' cum olĩ ꝓceſſiſſet ad ludos olympiacos ocu Secũdus themiſtocles
li omnium poſt habitis ſpectaculis. In illũ unũ cõuerſi ſunt. In eoq; ſpectãdo totũ diẽ conſumpſerũt: quãob
rẽ ipſe letus ad amicos dixiſſe fertur: tunc ſe ſuorũ: laborũ quos pro græcia ſuſcepiſſet fructum ampliſſimũ
reportare: illud quoq; Themiſtocli glorioſiſſimum contigit: ut herodotus plutarchuſq; notificãt quod du
ces græci in aram neptuni ſuam quiſq; ſñiam ſcriptã detulerũt: quẽ nam ex omnibus primum ex bello ad
uerſus xerxẽ geſto: & quem ſecundum iudicarent: in ea ſuum quiſq; primum nomen inſcripſit ſeſe illum
qui præſtantiſſimus fuiſſet exiſtimans ſecundum uero Themiſtoclem omnes in hoc congruentes iudica-
uerunt. Epamĩunde: Inclytus eſt Epaminundas Thebanus ex uictoria leuctrica: qua Acciſæ ſunt lacedæ-
moniorũ res in tantum: ut uix unq̃ querint caput releuare. Dicere ſolebat filiam ex ſe relinquere pugnã leu
ctricam: quæ non modo ipſi ſuperſtes: ſed etiam immortalis futura eſſet. Licuit mihi: Hoc referendum:
eſt ad conſulatum illum Ciceronis nunq̃ ſatis laudatum: quo Catilinam catilinianũq; incendium in toga
ultus eſt. Et fulmine linguæ compeſcuit atq; reſtrinxit. Quo dempto: Augurio. ſ. Et opĩone de futuris ſe
culis: atq; immortalitate: quæ infixa mentibus mortalium illos alacres facit ad labores & pericula libenter
ſubeunda: tanq̃ ſit poſt mortem aliquid quod ad eos pertineat. Accipite o ciues: Diſtichon eſt ennianum
quo petit ennius ut formã imaginis ſuæ aſpiciant ciues. quaſi poſt obitũ ex hac re aliqd uoluptatis ꝑceptu- Diſtichõ ennianũ
rus: primus uerſus ẽ exameter: ſequẽs pẽtameter ut ſupra annotatũ ẽ lĩa. ſ. uceluti ſibilus abiicit̃ in dictione
imaginis. Reliqua quadrãt rithmis metricis, Quidã legũt imaginis urnã q lectio plenis numeris conſtat.

Affecerat gloria dum in annalibus laudat ueteres Romanos eos nõ ſolũ gloria afficit, ſed donat immortalitate ſicut appion grãmaticus imortalitate a ſe donari ſcripſit ad quos aliqua cõponebat. Id é ſ. ennius. q n. ſubſequũt carmia enniana ſũt faxit: faciat. Volito uiuus: Expungẽda é dictio uiuus: ut uerſus pẽtameter itegris pedibus cõſtet: hoc mõ: faxit: cur uolito docta p ora uiȝ. petit át Enni. neqs obitũ ſuũ defleat qm̃ futurus ſit imortalis uolitaturuſq; p ora uiroȝ ſicut & nũc uolitat celebratq; quotidie. Diſſidet ab enniana ſnia ſolũ: q ait mors mea ne careat lachrymis: liquamus amicis merorẽ alter lugeri tẽuit alter iubet. Cic. aliubi magis ꝓbat ẽniũ i hoc q̃ ſolonẽ.

Ennius lugeri abnuit

Phidias Phidiá i ebore marmoreq; ſculpẽdo clariſſimũ eẽ p oẽs gẽtes q̃ Iouis olipii famá ĩtelligũt nẽo dubitat fecit iter alia & mineruæ ſimulachȝ ex ebore & auro i cuius ſcuto amazonũ p̃liũ celauit & deoȝ gigantũq; dimicationẽ. i ſoleis lapitaȝ & cẽtauroȝ a plinio dictus ẽ artiſex nũq̃ ſatis laudatus ꝗ quo

Phidias

chaldeorum promiſſa conſecuti ſumus ſpoliati magnis qbuſdã bõis illuſi deſtitutiq; uideãur. Quod ſi expectando: & deſiderando pendemus aïs cruciamur: ãgimur. Proh dii ĩmortales q̃ obtabiliter iter illud ineundũ eſſe debet: quo confecto nulla reliq̃ cura nulla ſollicitudo futura ſit q̃ me delectat Theramenes: quãq; elato aïo eſt? Et. n. ſi flemus cum legimus. tamen non miſerabiliter uir clarus emorit̃: qui cum coiectus in carcerem triginta iuſſu tyrannorum uenenũ ut ſitiens obbibiſſet. reliquum ſic e poculo eiecit ut id reſonaret. quo ſonitu reddito arridẽs ꝓpino inqt hoc poculo Critiæ: qui i eum fuerat teterrimus. græci. n. in cõuiuiis ſolẽt ut nominaẽ cui poculum tradituri ſunt. Luſit uir egregius extremo ſpiritu. cum iã præcordiis conceptã mortem cõtineret. Vereq; ei qui uenenum præbuerat mortẽ ẽ cam auguratus quæ breui cõſecuta eſt. quis hãc aĩ maximi equitatem in ipſa morte laudaret: ſi mortẽ malum iudicaret: uadit in eundẽ carcerem atq; i eũdem paucis poſt ãnis cyphum Socrates eodem ſcelere iudicũ quo tyrãnoꝝ theramenes quæ eſt igit̃ ei⁹ oratio qua facit eum Plato uſum apud iudices iam morte mulctatum. Magna me iquit ſpes tenet iudices bene mihi euenire quod mittar ad mortem neceſſe eſt enim ſit alterum de duobus: ut aut ſenſus omnino mors oẽs auferat: aut in aliũ quẽdam locum: ex his locis morte migretur: quãobrem ſiue ſenſus extinguitur: morſq; ei ſomno ſimilis eſt qui nonnũquã etiam ſine uiſis ſomnioꝝ placatiſſimã quietem affert. Dii bõi qd lucri eſt emori? aut quã

Chaldeorum promiſſa: Chaldei apud aſyrios babiloniosq; in maxima fuerunt auctoritate utpote aſtrologiæ peritiſſimi conſultiſſimiq; non ex artis ſed ex gentis uocabulo noiati: q diuturna obſeruatione ſydorum ſcientiam putantur effeciſſe: ut predici poſſet quid cuiq; euẽturum & ex quo quiſq; fato natus eſſet aduerſus chaldeos ſeu genethliacos diſſeruit quondam fauorinus acriter & luculẽter oſtendẽs diſciplinã iſtã chaldeorum pſtigiis officiiſq; quibuſdam eſſe obumbratam ad hoies fallendos: ſuper qua re luculentum caput eſt apud gellium: qui huiuſcemodi argumentis concludit nullo pacto conſulendum eſſe chaldeos: aut auerſa futura eẽ dicũt aut ꝓſpera: ſi dicũt proſpera & fallunt miſer fies fruſtra expectãdo ſi aduerſa dĩit & mẽtiũt miſer fies fruſtra timendo. Iter illd. ſ. mortis idõei ſcriptores uiã uniuerſitatis appellãt: a plauto dr cõis locus: ſic. n. ait i caſina: q nũc abierũt hic i cõem locũ. Quã me delectat theramenes: De hoc Vale. maxſus capite de fortitudie ſic refert: ac ne theramẽis qdẽ athenĩẽſis i publica cuſtodia mori coacti parua mẽtis cõſtãtia i q̃ trigita tyrãnoꝝ iuſſu porrectã ueneni potionem nõ dubitãter hauſit qdq; ex ea ſupfuerat iocabũdus illiſũ hũo clarũ edere ſonum coegit: renidenſq; ſeruo publico q eã tradiderat. Critiæ ingt ꝓpino uide igit̃ ut hoc poculum cõtinuo ad eum perferas: erat autem is ex trigita tyrãnis crudeliſſimus: ꝓfecto eſt ſupplicio ſe liberare tam facile ſuppliciũ ppeti: itaq; theramenes perinde ac in domeſtico lectulo moriens uita exceſſit: hactenus. Vale. hic theramenes a litteris & doctrina uirilitatem traxit. Triginta iuſſu tyrannoꝝ: ſparthani bello peloponneſiaco uictis athenĩẽſibus trigita rectores ex ipſis athẽis ꝓpoſuerunt q facti ſũt: ut hiſtorici ꝓdiderunt triginta tyranni: quoꝝ cedes rapinæ & ihumana crudelitas cum diſpicerent huic uni ex numero ſuo theramẽni: ipſum quoq; ad terrorem omnium necidederunt poſt cuius obitum fit ex urbe paſſim omnium fuga: repleturq; græcia athenienſium exulibus. Propino: porrigo poſt preguſtationem: tanq̃ ita ominaretur auguraretur q; critiæ futuram mortẽ. Præcordiis conceptam: circa præcordia potiſſimũ graſſari ſolet uis ueneni: Ora. Quid hoc ueneni ſeuit in præcordiis? Socrates ubi hauſto ueneno præcordia frigeſcere ceperũt extinctus ẽ. Ei: Scilicet critiæ. Quæ breui cõſecuta. thraſypulus extorris patria exulq; magnificentiſſimum factum egreſſus eſt liberare. ſ. aſſerereq; athenas: a ſeruitute. xxx. tyrannorum: itaq; adunatis exulibus atticã regionem ingreſſus occupatoq; caſtello conflixit aduerſus tyrannos proſpero prelio qui uicti in urbem refugerunt. mox iterato præliantur: quo ſecundo prælio cecidit cricias dux ſeuiſſimus tyrannorum: tũc uictor thraſibulus libertate recuperata: legem illam obliuionis tulit quæ græco uocabulo dicit̃ amneſtia de qua in libro annotationum & i commentariis trãquilli ſatis multa. Carcerem. ſ. athenienſium apud quos erat locus nomine baratrum: in quem noxi præcipitabantur. In eundem ſciphum poculũ ueneni ſciphus herculi dicatus eſt: de quo poeta & ſacer impleuit dextram ſciphus. Alexandrum magnũ ſuſtulit ſciphus herculaneus: in ſcipho autem uenenum cicutæ datum fuerat. Socrati & theramẽni ex publico athenienſiũ inſtituto: de morte Socratis ſupra dictum eſt. Iudicum: damnatus eſt Socrates ſententiis iudicum ducentis octoginta & continuo in carcerem coniectus. Magna me ſpes: ſunt hæc uerba in calce apologiæ ideſt defenſionis Platonis: qua facit uſum eſſe Socratem in iudicio: quæ exorabula dicantiom neruos oratorios non habet: quam dixit Seneca nec patrono nec reo eſſe dignam. Voluit ipſe Plato dicere pro Socrate ut pote diſcipulus pro doctore: aſcendenſq; ſuggeſtum cum ſic cepiſſet: minor natu cum ſim uiri: athenienſes his omnibus: qui tribunal aſcenderunt interpellatus eſt a iudicibus reclamantibus deſcende:

Chaldei
aduerſus chaldeos
Miſer fies fruſtra timendo
Cõis locus mortis
Mors intrepida theramẽis
Virtus thraſybuli
Mors criciæ
Amneſtia
Scyphus herculaneus cõdidit alexãdrum
Plato uoluit ſocratẽ defendere

Tali nocte:quæ.ſ.affert quietem placatiſſimã ſine uiſis ſomnioꝝ. Migrationē:ſicut hi qui ex domo cõ
ducticia ĩ alterã domũ migrare ſolent:ita migratio erit animoꝝ ſi ĩmortales ſunt ex hoc diuerſorio ĩ dõici
lia beatiora:mors.n.aut trãſitus ē:aut finis. Triptolemũ:de minoe:Rhadamanto:eaco:iudicibus ĩferoꝝ
referta ſunt uolumina:ſed de triptolemo:quod iudex ſit apud manes non temerẽ aliubi reperias q̃ apđ pla
tonem in apologia:uñ aduerbium Ci.iſta tranſcripſit:fortaſſis hoc iudicandi munus aſſignatur triptolẽo
quia ut ſcriptores ꝓdiderunt eſt benemeritus de mortalibus:qui bouem & aratrum dicitur primus inue-

Triptolemus iudex apud manes

multi dies reperiri poſſunt qui tali nocte anteponã
tur? Cui ſimilis futura eſt ꝑpetuitas omnis conſe-
quentis tẽporis:quis me beatior? ſin uera ſũt quæ
dicuntur migrationẽ eſſe mortem in eas oras quas
qui e uita exceſſerunt:incolũt. Id multa iã beatius
eſt te cum ab iis qui ſe iudicium numero haberi uo
lunt:euaſeris ad eos uẽire qui uere iudices appellẽ
tur. Minoẽ:Radamantum. Aeacum Triptolemũ
conuenireq; eos qui iuſte cum fide uixerĩt hæc pere
grinatio mediocris nobis uideri pt: Vt uero collo-
qui cum. Orpheo. Muſæo:Homero heſiodo liceat
quanti tandẽ æſtimatis: Equidem ſæpe mori ſi fieri
poſſet uellẽ:ut ea quæ dico mihi liceret inuẽirẽ quã
ta delectatione autem afficerer cũ Palamedẽ cum.
Aiacem:cum alios iudicio iniquorũ circunuentos
conuenirem:tentarẽ:ẽt ſummi regis:qui maximas
copias duxit ad Troiam:& Vlyxis ſiſyphiq; prudẽ
tiam. Nec ob eam rẽ cum hæc exquirerem ſicut hic
faciebam capite damnarer:ne uos quidẽ iudices ii
qui me abſoluiſtis mortẽ timueritis:nec enim unq̃
bono quicquam mali euẽire põt. nec uiuo nec mor
tuo nec unquam eius res a diis immortalibus ne-
gligẽtur. nec mihi ipſi hoc accidit fortuito. nec ue-
ro iis a qbus accuſatus ſum:aut a quibus condẽna
tus habeo quod ſuccenſeam niſi quod mihi nocerẽ
ſe crediderunt. Et hoc quidẽ hoc modo. nihil autẽ
melius æſtimo:ſed tẽpus ẽ inquit iam hinc abirẽ mẽ
ut moriar:uos ut uitam agatis. Vtrum autẽ ſit me-
lius dii ĩmortales ſciunt:hominẽ quidẽ ſcire arbi-
tror neminẽ. Næ ego haud paulo hũc animum ma
lim quam eorum oĩum fortunas qui de hoc iudica
uere:& ſi quidẽ præter deos negat ſcire qdẽ quem
quã:id ſcit ipſe utrũ melius ſit:nã dixit añ: ſed ſuũ
illud nihil ut affirmet tenet ad extremũ nos aũt te-
neamus ut nihil cẽſeamus eẽ malũ qđ ſit a natura
datum oĩbus:intelligamuſq; ſi mors malum ſit eſſe

niſſe:a quo frumenti ſatio in attica reperta
in cuius muneris honorem noctes initiorũ
ſacratæ. Mythici fabulantur alato ſerpẽte
ꝑ aera uectũ diſtribuiſſe frumenta: q̃a lon
ga naui uectus ad urbẽ eleuſinã. hoc factitã
ui:quæ uiſa eſt imitari ſerpẽtem pinnatum

Serpẽs pinnatus nauis longa

Muſeo:muſeus eumolpi filius orphei di
ſcipulus fuit utroſq;. Auguſti. uocat poetas
theologos:quia de deo carmia fecerũt. Vir
gi. Muſeũ ante oẽs;medium nam plurima
turba hunc habet dignum ſcitu nec ĩ dignũ
relatu eſt illud artapãi:qui ait quem iudei
moyſem dicunt:hunc a græcis muſeum ap
pellari. Cum palamedem. Nemo nõ no-
uit palamedem dolo & aſtu ulyſſis ĩſimula
tũ ꝓditionis damnatũq; iudicio græcorũ
lapidibus interemptum fuiſſe:de quo Vir.
& cæteri:hic ordinem exercitus ſigni datio
nem:teſſeras: uigilias inuenit. Troiano bello
quem aliquot lr̃arum repertorem extitiſſe
tradunt. Aiacem:Aiax telamonis & ipſe
uafricia facundiaq; ulyſſis circũuentus ſu-
peratuſq; eſt ĩ iudicio armorum achillis qđ
adeo indignanter tulit & dolenter:ut ira in
furorem:furor in mortem impulerit: quẽ
poetæ ferunt in florem hiacynthum demu
tatum:ob hoc qdam Columellã autumãt
appellaſſe eacios flores:quia græce αιας di
citẽ aiax:ego ſentio flores eacios dedici ab ea
co patre telamonis ex quo natus ẽ aiax. Sũ
mi regis:Agamẽnonẽ deſignat regem regũ
in exercitu græcorum & ποιμενα λαων id
eſt paſtorem populorum ut appellat hõe-
rus. Siſyphi prudentiã:hic ab homero di
citur κερδιστος ανδρων. hoc eſt ditiſſimus
hominum: ut interpretes tranſtulerũt ego
interpretor prudentiſſimum: græce enim
κερδιστος proprie ſignificat acutiſſimum
perindeq; prudentiſſimum:& ita conueniet
ſñia homerica cũ platonico ſermone: quo
illi dat prudẽtiã:fuit corinthi ubi ſiſyphus
regnauit regium domicilium ex niueo la-
pide extructũ ab eius noĩe ſiſyphũ noĩatũ.

Muſeus Moſes

Inuẽta palamedis

Furor in mortẽ impulit aiacem

Paſtor populorum

Cẽrditos quid

Siſyphiũ

Sicut hic faciebã:narrat Socrates ĩ apolo-
gia ſe poſt q̃ ſapiẽtiſſimus ab apolliẽ ſit iu-
dicatus acceſſiſſe cõpluſculos ex his q ſapiẽ
tes uidebãẽ:& eoꝝ exq̃ſiuiſſe prudẽtiã: ut
illis inuentis ſapientioribus redarguerẽ poſ
ſet oraculum tanq̃ uanidicum ex q̃ re illos
ſibi reddebat inimicos. Habeo qđ ſucceſſe
am:hinc ſumptũ ẽ illud ſatyrici poetæ:qui partem acceptæ ſeua inter uincla cicute accuſatori nollet:dare
ſuccenſere autem ſignificat iraſci iuſta de cã:filius ſuccenſere nephas patriæ. Vtrũ melius mori uel uiue
re. Ne ego:poſt recitatam ſocratis orationem ait ex pſona ſua Cicero multo ſe male animũ illũ Socratis
cõtẽptorẽ mortis ĩperterritũ:q̃ opulẽtias eoꝝ iudicũ a qbus morte mulctatus ẽ;Næ aũt ualde ſignificat:ut neſcio
apud opuleiũ:ne ego inſita q̃ cũ alite apollinis fruſtra certauerim. Suũ illđ: Socratis ꝓpriũ peculiareq;
fuit ut nihil affirmaret:erat.n.magnus opinator:cuius celeberrimũ illud ſecũdũ ẽ:hoc unũ ſcio qđ neſcio.

Succẽſere

Næ hoc ſcio quo

ſempiternum malũ: nã uitæ miſeræ mors finis eſſe
uidetur mors ſi ẽ miſera finis eſſe nullus poteſt ſed
quid ego Socratem: aut Theramenem preſtãtis ui
ros uirtutis & ſapientiæ gloria cõmemoro: cum la
cedæmonius quidam cuius ne nomen quidẽ ꝓdi
tum eſt: mortem tantopere contempſerit: ut cũ ad
duceretur damnatus ab ephoris & eẽt uultu hilari
atq; læto dixiſſetq; ei quidã inimicus. Contemnis
ne leges Ligurgi? reſponderit ego uero illi maximã
gratiam habeo. qui me ea pœna mulctauerit: quã
ſine mutuatione & ſine uerſura poſſem diſſoluere.
O uirum ſparta dignum: ut mihi quidem qui: tam
magno animo fuerit innocens damnatus eẽ uidea
tur talis innumerabilis noſtra ciuitas tulit: ſed qd
duces & principes nominẽ? Cum legiones ſcribat.
cato ſæpe alacris in eum locum ꝓfectas unde redi
turas ſe nõ arbitrarentur: pari animo lacedemonii
in thermopylis occiderũt. In quo Symonides: dic
hoſpes ſpartæ: nos te hic uidiſſe iacẽtes: dũ ſanctis
patriæ legibus obſeqmur. Quid ille dux Leõidas:
dicit: ꝑgite animo forti lacedæmonii. hodie apud i
feros fortaſſe cœnabimus. Fuit hæc gens fortis: dũ
lygurgi leges uigebant. E qbus unus: cum perſis:
hoſtis i elloquio dixiſſet glorians: ſolem præiaculo
rũ multitudine & ſagittarũ umbra nõ uidebitis. In
umbra igit̃ ĩquit pugnabimus. Viros cõmemoro.

Cum lacedæmonius quidam: Plutarchus in apophthegmatis laconicis hunc hectamenẽ appellat cuius
Ephori q nomẽ ſibi non ſatis notũ eſſe ait. M. T. Damnatus ab ephoris: apud lacedemonios tales ferme erant ephori
quales apud Romanos tribuni plebis: qui a theopompo ſic apoſiti regibus ſunt: ut apud Romanos conſuli
Ephoria bus tribuni: ſatis conſtat ab ephoris reges alios eiectos fuiſſe alios interemptos: olim pro miniſtris regum
fuerunt: paulatim deinde oẽm potentiã in ſe tranſſferentes ad id licentiæ peuenerunt ut ſeorſum a re magi
ſtratum proprium conſtituerint noĩe ephoriam: ephoros græce preſes & epiſcopus dicitur ephoria tutela
de ephoris multa hiſtorici plurima plutar
Verſurã chus Sine uerſura: uerſuram facere dicit
facere qui æs alienum ex ære alieno ſoluit tanquã
uertat creditorem. Cicero in orõne pro ce
lio: nulli ſumptus nulla iactura: nulla uer
ſura Sene. ab epicuro uerſura facienda ẽ: qd
ſignificat mutationem ſñiæ faciendam eſſe
ab epicuro: & in hoc ſignãtu frequenter iue
nies apud ſcriptores idoneos: dicit̃ ẽt quis
uerſuram facere ut ait donatus cũ mĩore fe
nore acceptã pecuniam maiore occupat: ꝓ
uerbiale ẽ illud apud Senecã domi qđ aiũt
Domi uerſura fit: & uelut luſorium nomẽ ſtat trã
uerſura ſit: ideo aũt lacedemonius hectamenes hoc
dixit quia mulctatus erat pœna mortis quã
poterat ſuo capite diſſoluer̃ qđ ſi mulcta pe
cuniaria fuiſſet opus erat mutatiõe aut uer
ſura. Sparta: lacedemone: dicta ẽ ſpartha
a ſpartho filio phorõei cõditore. In thermo
Thermo pylis. Anguſtias theſaliæ thermopylas uo
pylæ uñ cãt græco uocabulo: pylas. n. portas nomini
tant: & thermon calidum: ibi enim ſunt ut i
quit ſtrabo thermæ. i. calidæ aquæ herculi
cõſecratæ: ſcribit Liuius li. xxxvi. iugũ ther
mopylarum ita mediam græciam dirimere
ut apenini dorſo italia diuiditur: & quia
calidæ aquæ in ipſis faucibus ſunt ideo inqt
thermopylæ locus appellatur nobilis lace
demõioꝝ aduerſus perſas morte magis me
morabili: q̃ pugna leonidas. n. rex lacedemo
niorum cum tercentis laconibus anguſtias
thermophilarum occupauit ſuſtẽtaturus ꝓ
cellam turbinemq; perſarum: quorum re
ccc. laco ge xerxe innumerabilis uis extremum exi
nes i ther tium toti greciæ minitabatur: pauci lacões
mopylis ſtrage maxima pſarum facta ad poſtremũ
polyan nõ uicti ſed uincendo fatigati inter ingentes
drion ſtratorum hoſtium cateruas ceciderunt: quod dolo ephialtis factum ẽ: q barbaros intra thermopylas acce
Apud in pit cum illis per montana ſemitam oſtendiſſet: factum eſt: commune cunctorum lacedemoniorum ſepul
feros cena chrum: quod polyadrium appellant a multitudine uirorum: in cuius columella diſtichon hoc qđ refert
bimus Ci. inculptum legebatur a ſimonide poeta Conſcriptum: luculenta ſperio ſaq; cõtrouerſia eſt apud Senecã
Ad cœnã de trecentis laconibus: deliberantibus: an fugientibus reliquis græcis: ipſi quoq; thermopylas linquere de
renun beant: in qua dixit Ceſtius declamator. Si uincere xerxẽ nõ licet: uidere liceat: uolo ſcire quẽ fugiã uictor
ciaſſem quoq; ſtratorius decenter inqt. Trecẽti ſumus ſed uiri: ſed armati: ſed lacones: ſed ad thermopylas: nũquã
uidi plures trecentis. Apud inferos cenabimus: apophthegma apud eruditos celebratiſſimũ: græce Plu
tarchus ſic inqt. τοισ στρατιωταισ προσηγγειλεν αριστοποιεισθαι ωσ εν αδου διπνοποιησομενουσ ideſt
milites monuit prandere tanquã apud inferos cenaturos: cum xerxes ſcripſiſſet ad leonidã mitte ad me ar
ma: reſcripſit ueni & accipe dixit facetus declamator: & ſcurra ad prandium promiſiſſem ad cœnam renũ
ciaſſem: Seneca in epiſtolis moralibus. at ille leonidas qui fortiter illos allocutus eſt: ſic inquit commilito
nes prandete tanquã apud inferos cenaturi: non in ore creuit cibus. non heſit in faucibus non elapſus ẽ ma
nibus: alacres ad prandium illi promiſerant & ad cœnam. Dũ lygurgi leges uigebant. Lacedemon lumẽ
In umbra quondam greciæ uſq; adeo florentiſſima extitit: q̃diu uſa eſt lygurgi legibus: quas in annum quingẽteſimũ
pugnabi obſeruarunt: ubi numus ſpartam influxit: auaritia inexplebilis inuaſit lacedemonios: qua pythius apollo
mus dixerat olim ſpartam perituram: & ita paulatim ſeneſcentibus bonis moribus: ex imperio in ſeruitutẽ ce
ciderunt. E quibus unus plutarchus hoc dictum attribuit ipſi leõidæ: qui græce dixit υπο σκιαν μαχεσο
μετα. i. ſub umbra pugnauimus. Qualis tandem lacena: Virilitatis lacenarum feminarum dicta factaq;
multa

multa documento ſunt:quædam cum audiſſet filium in acie fortiter præliantem interiiſſe:meus inqt eras. At cum de altero filio accepiſſet eum præ metu fugiſſe:fugaq; incolumē euaſiſſe. ουγαρεφη ησ ϑεμοσ: nō eras inquit meus. Alia cum filium clypeo ob armaret: τεκνονεφη ηταυταν ηεπιταυτα. Quod Auſonius duobus his uerſiculis eleganter expreſſit. Mater lacena clypeo ob armans filium:cum hoc īquit aut in hoc redi. Alia filium claudum præmittens ad pugnam: τεκνον επεκαστα βηματυσ αρετυσ μεμνυσο. ideſt filii inquit p ſingulos gradus memento uirtutis:hæc autem de qua loquitur Cicero:ſepeliens filium dixit Aniculæ qua gratia peperi filium ut pro ſparta moreref hoc mihi contingit.

Nō eraſ, meus

Cū hoc aut ī hoc

Qualis tandē lacæna:quæ cum filium in præliū miſiſſet:& interfectum audiſſet:icciro inquit genueram ut eſſet qui pro patria morte non dubitaret occumbere. Eſtote forte & duri ſparciate:magnam habet uim reipublicæ diſciplina. Quid cyreneū Theodorum philoſophum non ignobilem:non ne miramut cui cum Lyſimachus rex crucē minaretur. Iſtis quæſo inquit iſta horribilia minitare purpuratis tuis. Theodori quidem nihil interrem humi ne:an ſublime putreſcat cuius hoc dicto admoneor:ut aliqd etiam de humatione & ſepultura dicēdum exiſtimē rem non difficilem his præſertim cognitis: quæ de nihil ſentiēdo pauloāte dicta ſunt. de qua Socrates quidem quid ſenſerit apparet in eo libro in quo moritur de quo iam tam multa diximus cum enim de immortalitate animo℞ diſputauiſſet: & iā moriendi tempus urgeret: rogatus a Critotone quemadmodum ſepeliri uellet. multam uero inquit operā amici fruſtra conſumpſi. Critoni enim noſtro non perſuaſi me hinc auolaturum:neque quicquam me relicturum uerumtamen Crito ſi me aſſequi potueris aut ſicubi nactus eris. ut tibi uidebitur ſepelito. ſed mihi crede:nemo me ueſtrum cum hinc exceſſero conſequetur:præclare id quidem qui & amico permiſerit & ſe oſtenderit: de hoc toto genere nihil elaborarem. durior diogenes & id quidem ſentiēs. ſed ut Cynicus aſperius proiici ſe iuſſit inhumatum. tū amici uolucribus ne & feris? minime uero inqt: ſed bacillū prope me quo abigā:ponitote. q poteris illi non etiam ſenties. quid igitur mihi ferarum laniat⁹

Quid cyreneum theodorum. de hoc Seneca in libro de tranquilitate uitæ ſic refert minabatur theodoro philoſopho tyrannus mortem æquidem & ſepulturam:habes inquit cur tibi placeas hemina ſanguinis in tua poteſtate eſt. Nam qd ad ſepulturam o te ineptum ſi putas mea intereſſe ſupra terram aut infra putreſcā:eiuſdē meminit Valerius q pro illo:hemina ſāguinis in tua poteſtate eſt:repoſuit aliud neq; minus elegās neq; minus memorabile: dixit.n. uero magnifica res tibi cōtingit:qa cauſa tharidis uim aſſecutus es. Cātharides aūt ſunt uermiculi ficorum & piri & cynacāthe & roſæ uenenati:quarum uenenum in qua parte ſit nō conſtat inter auctores: alii in pedibus eſſe dicunt. Conuenit tn̄ pēnas earū auxiliari & pro remedio eſſe. Coſſiniū equitem Romanum medicus interemit præparato cantaridum potu. Cantharides obiectæ ſunt Catoni uticenſi ceu uenenum uēdidiſſet in auctione regis cypri:qm̄ eas ſeſtertiis. lx. addixerat. Caius carbo accuſāte Lu. craſſo cantharidas ſumpſiſſe dicif id genus necis. Oui. inimico imprecatur cum ait cantharidum ſuccos dante parente bibas. Hieronymus in hanc ſententiam. Ne magnopere glorieris ſi facias quod Scorpiones facere poſſunt & cantharides. In quo moritur:phedō ſignificatur cuius teſtimoniū identidem iam citauimus. A critone: hic athenienſis philoſophus:unus oium maxime eximio: quodā amore ſocrati affectus:cuius ita curā egit:ut nunquā aliquid ex his:quæ ſunt ad uſum neceſſaria illi deeſſe pateref. Neque quicq̄ mei relictū. Verus Socrates erat aius qui & homo interior dicif:cum exterior homo ſit uaſculū & receptaculū. Moriēs ergo nihil ſui relicturū eſſe ſe ait intelligi: uolēs animum euolaturum:& nihil ſenſus in cadauere permanſuꝶ:apud Platonem ait Critoni ne me deplores uidens corpus meum:uel cremari uel ſepeliri & ſub terrā condi:& ita demonſtrat ad corpus tn̄ pertinere ſepulturam:cum ad animū ſiue moriatur ſiue uigeat:nihil pœnitus pertineat:niſi credere uelimus erraticos eſſe manes inſepultorum. De hoc toto genere. Ait diuus Auguſtinus:quod & in decretis canonicis. xui. Qu. ſecunda repetitum eſt;omnia iſta:ideſt curatio funeris:cōditio ſepulturæ: pompa exequiarum magis ſunt uiuorum ſolatia:q̄ ſubſidia mortuorum. Proiici ſe inhumatum: Cynica ſecta: q a canibus:quorum mores imitatur nomen traxit:exploſa eſt ueluti aſpera nimis & inuerecunda:cuius principes fuerūt Hercules Antiſthenes & Diogenes:qui ut inqt Hieronymus hemerobios uulgo appellatus eſt quaſi diatii uictus cibū in diem poſcens:obiit ferme nonagenarius:cum bouis crudū pedē comediſſet: alii dicūt eum continuiſſe ſpiritum atq; ita expiraſſe. Alii cū polypū canibus diuidere uoluiſſet morſum in cruris neruo accepiſſe atq; ex eo defunctum eſſe:aiunt qdam illum cum moreref mandaſſe ut cadauer ſuum inſepultum proiiceretur:ut omnes beſtiæ particeps ipſius eſſent:in tumulo Diogenis erecta fuit colūna: in cuius apicæ cauſis ex lapide pario ſculptus uiſebatur ad cynicū philoſophum ſignificādū. Bacillum: baculum ſiue Scipionem. Illi. ſcilicet dixerunt. Qui. ideſt quomodo. Præclare anaxagoras: hic dicebat ſe Solis & Lunæ ac Cœli uidendi cauſa natū eſſe. Clazomenius fuit in phyſicis præcellēs: lampſaci periit:ubi

Exēplum theodori

Cātaridis ui aſſecutus

Criton

hō īterior hō exterior ſolatia

Cynici a moribus caninis

Hemerobios dio genes cdis in ſepul chra

Anaxagoras

oberit nihil ſentienti? præclare anaxagoras: q cũ lã pſaci moreretur: quærẽtibus amicis uellet ne clazomẽas: in patriam ſiquid accidiſſet: auferri: nihil neceſſe eſt inquit. undiq; enim ad inferos tantundem uiæ eſt. totaq; de ratione humationis unam tenendũ ẽ. Ad corpus illã pertinerẽ ſiue occiderit animus ſiue uiget. in corpore autem perſpicuum eſt uel extincto animo: uel elapſo nullũ reſidere ſenſum. ſed plena errorum ſunt omnia. trahit Hectorẽ ad currum religatum Achilles: lacerari eum & ſentire putat: credo ergo hic ulciſcitur ut quidem ſibi uidetᷣ. At illa ſicut acerbiſſimam rem mœret. Vidi uidereq; me paſſi ſunt ægerrime Hectorem curru quadriiugo raptarier. Quem Hectorem: aut quamdiu ille erit Hector. Mellius Actius: & aliquando ſapiẽs Achilles. immo enim uero corpus Priamo reddidi: Hectorem abſtuli: non igitur hectora traxiſti: ſed corpus quod fuerat hectoris. Ecce alius exoritur e terra: qui matrem dormire non ſiniat mater te appello: tu quæ curam ſomno ſuſpenſo leuas: neq; te mei miſeret: ſurge & ſepeli natũ. hæc cupræſſio & flebilibus modis: q totis theatris mœſticiã iferãt cõcinũtur: Difficile eſt non eo qui inhumati ſunt miſeros iudicare priuſquam feræ uolucreſq;: metuit ne laceratis membris minus bene utatur: ne combuſtis nõ extimeſcit. Heu reliquias ſemiaſſi regis denudatis oſſib⁹ p terrã ſanie delibutas fœde diu uexaries. nõ intelligo quid metuat: cũ tã bonos ſeptenarios fundat ad tibiam. tenẽdum eſt igitur nihil curandũ eẽ poſt mortẽ: cum multi inimicos etiam mortuos puniant execratur luculentis ſane uerſib⁹ apud Ennium Thyeſtes. Primum ut naufragio pereat Atreus

interrogantibus eum primoribus lãpſacenis nunqͣ mandaret iuſſiſſe fertur ut pueri quot annis luderent: eo menſe: quo deceſſiſſet: cui defuncto lãpſaceni ſepulchrũ extruxerunt: hic niuem nigrã dixit eſſe. Clazomenas: ciuitas eſt ioniæ aſiaticæ: quã cõdidit paralus. Ad currum religatũ. Vir. Ter circũ iliacos raptauerat hectora muros. ſcribit Home. in. xxii. iliados hectora alligatum fuiſſe: currui ab Achille perforatis pedum neruis a calcaneo ad altum: & loro bubulo trãſmiſſo: tractumq; capite in terram pendulo: & cæſarie fœdata: Idem tradit in. xxiiii. cadauer hectoris ter tractũ eẽ ab eodem achille circa ſepulchrum patrocli: iũctis ad

Hector tractus — currũ æquis: ex hac Homerica ſniam enodauimus hoc anno nodum prius inenodabilem apud Ouid. cum deuotorium in ibin carmen publicæ profiteremur. Vbi hi duo

Nodus ouidii diſſolutus — uerſus leguntur: utq; uel euridamas ter circũ buſta thraſylli eſt: lariſſeis raptus ab hoſte rotis enarratores: multa qdem ſagaciter ueſtigãt: ſed friuola omnia: & meras nugas effuciũt: nos diximus ſignificari: id ſupplicii genus quo defunctus Hector affectus eſt ab Achille ter tractus circa buſtum patrocli ubi eurydamas pro hectore: & thraſyllos p patroclo optimis epithetis accipiuntur: græcæ. n. eurydamas dicitur late domans: quod

Eurydamas thraſyllus — epithetõ quadrat hectori ueluti domitori quirtute cõcta dõitabat ſubiugabatq;: thraſyllos uero temerarium ſignificat & audacẽ quod cõuenit patroclo. nam temeritas pleruq; infœlix eſt: ita apud Vir. turnus audax cognominatᷣ: cuius exitus fuit infortunatus. iã ſenſus Ouidii eluceſcit: cum imprecetur ita ter trahi inimicũ: ut tractus eſt hector circa tumulũ patrocli. Vidi uidereq;. Verba ſunt ex antiqua tragœdia quæ dicebantur uel ex perſona hecubæ matris uel Andromaches uxoris: quas ambas flebiliter lamentantes facit Homerus. Immo. n. uero corpus: actius tragicus poeta ſcripſit in tragœdia quemadmodum achilles corpus hectoris reddebat patri Priamo: qđ latiſſime canit Homerus libro iliados nouiſſimo: itaq; apud Actium tanqͣ inductus Achilles ſapiens ſapienter loqͣtur dicẽs ſe reddidiſſe corpus Priamo hectorem abſtuliſſe. cũ cadauer nõ ſit hõ: ſed

Mortuus homo hõ non eſt — ipſe aius: unde Hector mortuus Hector nõ erat: uerus aũt Hector fuerat aia Hectoris: quã nece abſtulerat Achilles. Ecce alius e terra: in antiqua tragœdia: quæ ad poſteros ut multa alia nõ peruenit inducebatur polydorus obtruncatus a polymeſtore: exiẽs ab iferis & dormienti ilionæ apparens quã matrem appellat rogatq; ut natũ ſepeliat: exoritur dubitatio: quo mõ matrẽ appellet ilionã: qui filius fuit Hecubæ: niſi alius ſignificetur. Mater te appello: uerba tragœdie qͥ

Mater te appello — bus aĩa Polydori dormientẽ ilionã compellat rogãs: ut ſæpeliatᷣ: perinde atq; ſepultura ptineat ad defunctũ in quo nullus eſt ſenſus ex quo Cicero taxat ineptias poeticas. Ora. in ſermonibus memini horꝝ uerborꝝ: hi ſce uerſibus. Cũ ilionã edormit catienis mille ducentis mater te appello clamãtibus. M. T. i hortẽſio. Quid iliona ſõno illo mr̃ te appello: nõne illa credit filiũ locutũ uere expecta ẽt crederet. Modis: uerſibus. Priuſqͣ feræ uolucreſq;. Cõtinuatᷣ textus ex tragœdia ſub pſona polydori. Heu reli. ſe. re. Verba ex poemate ue

Monodiũ Synodũ Luculentas — tuſtiſſimo qbus cõquæſtio eſt & lamẽtatio: qđ regis cadaueri defuerit legitima crematio: iaceatq; ſemicreãtus ex quo appellatᷣ ſemiaſſus quaſi ſemiuſtulatus: & qđ eius reliqæ madẽtes ſanie crudeliter diuexarẽtur. Duos ſeptenarios uerſus & modos tragicos & ſeptẽmetris cõcinnatos. Ad tibiã chorus in tragœdia q cõtĩcuit in comedia canebat inter actores comœdiaꝝ ad tibiã: tibiis mõ paribus mõ iparibus: qđ ſignat monodium unicã. ſ. tibiã & ſynodiũ utrãq; tibiã. Luculẽtis: ſpecioſis & bonis a luce deductũ nomẽ: a luculẽto fit luculẽtias: q̃ dictioe uſi ſunt ueteres. Apud en. thyeſtes: talis ab ennio ſcripta eſt fabula de thyeſte: qlẽ a Sene.

Luculenter ſcriptã uulgo lectitãt. Talis interitus: perire naufragio grauiſſimũ ẽ & accerbiſſimũq: quia a ĩ ignea eſt & extingui uidet̃ in elemẽto cõtrario. Euiſceratus. Viſceribus lãcinatis diſcerptus excarnificatuſq Vir. cõprenſamq tenet pedibuſq euiſcerat uncis. Tabo corrupio: ſanguine Vir. & terrã tabo maculãt: ſunt .n. hæc carmia enniana. Portũ corporis: optat thyeſtes ut iſepultus iaceat frater atreus ſempq ingetus ſit: tã q̃ ſepulchrũ ſit portus corporis: & q ſepultus eſt: qeſcat. Magna culpa pelopis: ludit more ſuo feſtiuiter Cicero. tanq̃ culpa patris pelopis ineruditus inductuſq thyeſtes filius ipræcet̃ atreo fratri illa: q̃ p inania ſunt & oppido q̃ friuola qd .n. ianius iſcipiẽtiuſq eẽ ſe põt: q̃ p dolorẽ optare: ut frater careat ſepulchro: cũ ad defunctũ nihil ſepultura ptineat: ita ut nõ imerito laudet̃ illud uirgilianũ: facilius iactura ſepulchri. Licuitq lucano plauſibiliter dicere. Cœlo tegit̃: q non hẽt urnã. Diſerte quoq mecẽas ait. Nõ tumulũ curo: ſepelit natura relictos. Ex ioue prognatus tãtalus: ex tãtalo ortus pelopes: ex pelope ſati thyeſtes & atreus: a pelope dicta eſt pelopõneſus q ex phrygia ducto ſecũ populo a ſuo noie ididit nomẽ pelopõneſo: ab eo dẽ dicti ſunt pelopide reges græciæ pelopis ſucceſſores: de qbus eſt illud i priſco carmine qd uſurpat. Cic. ne nomẽ audiã pelopidarũ. Cõdiũt ægyptii mortuos: herodotus Diodo: cæteri copioſe pſcribũt quẽadmodũ ægyptii cadauera educto cerebro oibuſq iteſtinis expurgatis cõplẽt cõdiũt ue myrrha pura & caſia: cæteris excepto thure odoribus: ubi hæc fecere ſaliũt nitro & ſale. Nã ut ait Pli. defuncta & puereſcẽtia ita uẽdicat ſal ut durẽt ea p ſecla. idẽ aliubi tradit corpora defũctorũ pfuſa cedro ſeruari in ægypto: mel quoq auctore Colum. Exanium corpus hois p annos plurimos inoxiũ cõſeruat depnſum quẽdã olim aiũt ſalinariũ cocũtẽ cũ recẽti cadauere muliebri: prerea ægyptii ligneã hois effigiẽ faciũt itra quã iſerũt mortuũ incluſumq ita theſaurizãt. Eorũ quoq mos eſt ut in cõuiuio circũferat̃ mortuus e ligno factus: quẽ ſingulis cõuiuarum demõſtrãs ait qſpiam: bibe & oblectare: talis poſt mortẽ futurus: hoc eſt qd itelligi uoluit ſilius in .xiii. punicorũ ſic ſcribens. Egyptia tellus claudit odorato poſt funus ſtantia ſaxo corpa & a menſis exãguem aut ſepat umbrã. Cæra cir. Stra. lib. xv. ſcri. de moribus pſarũ ſepeliunt inqt corpora cæra oblinentes: magnos inſepultos auibus edendos dimittunt hi cũ matribus ex patrio more cõgrediunt̃: ob hoc dixit Catul. Nã magnus ex matre: & gnato gignat̃ oportet. Si uera eſt pſarũ impia religio. Hircania alit canes. Silius probatũ eſt hircanis adhibere canes honoſicritus refert bactrianos: q iã ſenio morbo ue cõfeſti ſint uiuentes adhuc canibus apponi ad hoc ipſum de induſtria enutritis quos ſepulcrales uocant. Per multa alia: hiberorũ antiquus mos fuit ut uulneribus corpora defunctorũ laniãda obiectarent põtici exhauſto cerebro capita myrrha cõdiũt & ita diutiſſime ſeruãt. Scytæ cadauera truncis ſuffixa relinquũt. Garamãtes arenæ nudos inſodiũt. Chryſippus: hic dictus eſt fulcire porticũ ſtoicorũ ſcripſit uolumina ultra ſeptingenta. Dicere ſolebat appollodorus ſi qs tollat de chryſippi libris q̃ aliena ſunt cartha illi uacua relinqret̃: periit riſu cũ aſinũ uidiſſet ficos edentẽ: ſũt q dicãt hauſtũ uini dulcis ſtrãgulatũ iteriiſſe. Hic locus. De ſepultura & humatiõe. In no. uiuẽtibus. In no.

Durũ hoc ſane talis enim interritus nõ eſt ſine graui ſenſu. Illa inania. ipſe ſũmis ſaxis fixus aſperis euiſceratus latere pendens: ſaxa ſpargens tabo ſanguie atro nõ ipſa ſaxa magis ſenſu omni uocabunt: quã ille latere pendens. Cui ſe hic cruciatum cenſet optare quã eſſent dura ſi ſentiret. Nulla ſine ſenſu ſunt. Illud uero per quã inane. Neq ſepulchrũ quo recipiat habeat portum corporis: ubi remiſſa humana uita corpus requieſcat a malis. Vides quãto hæc ierrore uerſentur. Portum eſſe corporis & requieſcere in ſepulchro putat mortuum. Magna culpa pelopis q̃ non erudierit filiũ nec docuerit quatẽus eſſet qd curãdũ. ſed qd ſingulorũ opiniones aiad uertã: nationũ uarios errores pſpicere cũ liceat. Cõdiũt egyptii mortuos & eos domi ſeruant: pſæ ẽt cæra circũlitos cõdiũt ut q̃ maxime pmaneãt diuturna corpora Magorũ mos ẽ nõ humare corpora ſuorũ: niſi a feris ſint antea laniata. In hyrcãia plebs publicos alit canes optimates domeſticos. Nobile aũt genus canũ: illud ſcimus eſſe ſed pro ſua qſq facultate parat a qbus laniet̃ eãq optimã illi eſſe cẽſent ſepulturã. per multa alia colligit Chryſipus ut eſt in omni hiſtoria curioſus: ſed ita tetra ſũt quedã: ut ea fugiat & reformidet oratio. totus igit̃ hic locus eſt cõtẽnendus in nobis nõ negligẽdus i noſtris ita tñ ut mortuorum corpora nihil ſentire ſentiamus. Quãtũ aũt conſuetudini famæq dandum ſit id curent uiui. ſed ita ut itelligant nihil ad mortuos pertinere. ſed profecto mors tum æquiſſimo animo appetitur cum ſuis laudibus uita occidens conſolari poteſt. Nemo parum diu uixit: qui uirtutis perfecte perfecto functus eſt munere. Multa mihi ipſi ad mortem tempeſtiua fuerunt quæ utinam potuiſſem obire: Nihil enim iam acquirebatur. Cumulata erant officio uitę: cum fortuna bella reſtabant. Quare ſi ipſa ratio minus perficiet ut mortem negligere poſſimus: at uita acta pficiat, ut ſatis ſuperq uixiſſe uideamur. quamquam

Tabo
Nihil ad defunctũ ſepultura
Pelopidæ
Cõditura cadauerũ egyptia
Sal
Seruãt cadauera
Mel
Effigies mortui in cõuiuio
locus ſilii
Canes ſepulcrales
Ritus ſepeliẽdi uarii
cryſippus periit riſu

ſn defunctis. Id curent uiui: ptinet ad uiuos funerare ſuos p facultatibus & dignitate defuncti: qd & iuriſcõ
ſulti teſtaẽ. Mihi ad morté tẽpeſtiua in pria philippica i hãc ſniam ſic ſcribit mihi fere ſatis ẽ qd uixi uel ad
Scitũ de etaté uel ad gloriã. idẽ alibi. Negãt poſſe morté imaturã eẽ cõſulari: qto nunc ingt uerius negabo ſeni: mihi
clamato uero pres cõſcripti iã ẽt optãda mors eſt pfuncto rebus eis qs adeptus ſum q̃ſ pgreſſi: minime omittẽdũ eſt
ris ſcitũ illud declamatoris ceſtii: qd ob elegãtiã concinnitatẽq; ſniæ habendũ eſt in ore & in pectore: ſic.n. ingt
Si ad deſideriũ populi reſpicis. Cice. qñ pieris paꝝ uixiſti. Si ad res geſtas ſatis uixiſti. Si ad iniurias fortunæ:
& pſentem reipu. ſtatũ nimiũ diu uixiſti: ſi
ad memoriã opeꝝ tuoꝝ: ſemp uicturus es.

gloria Tanq̃ umbra ſeqẽ: ſicut corpus umbra ſp
uirtutis comitaẽ: nec unq̃ diuellit ita uirtutis gloria
Cõſectãea comes eſt & iugis cõſectanea: Plau. in caſſina
Nomo decretũ eſt mihi quaſi umbra quoquo ibis
thetæ tute pſeq. Lygurgũ ca. gloria: q̃uis in mor-
tuis nullus ſit ſenſus: tñ pcellentes uiri nõ ui
denẽ carere gloria ſuaꝝ uirtutũ: quas in ui-
ta pſtiterũt ut lygurgus & ſolon nomothete
.i. legiſeri. Dici nõ poſſint carere gloria legũ
quas ſanctiſſimas condiderũt: ſicut ſcientes
bellice uirtutis gloria militari minime care
re dñr. Ante.n. ſalaminã. In prio de officiis:
ſic refert q̃uis.n. themiſtocles iure laudeẽ &
ſic eius nomen q̃ ſolonis illuſtrius citeturq;:
ſalamis clariſſimæ teſtis uictoriæ. Eſt aũt ſa
lamin inſula ciuitaſq; iuxta eiuſdem nois i
Salamis confinio athenienſiũ megarenſiũq;. ſita: de
cuius pprietate uſq; ad interitũ armis iter ſe
dimicauerũt: altera fuit in cypro: q̃ nihil ad
rẽ. Leuctra tol. Epãinũdas ap̃ leuctra boe
tiæ ciuitaté cũ deõbroto duce lacedemõioꝝ
confligens affecit eos plaga peſnfera a deo: ut
lacedemonioꝝ opes corruerint ex eo.n. tẽpe
pricipatum græcie amiſſum ultra reparare
nequerunt. Dicere ſolebat epaminundas or
bum ſe nõ tñ ſine liberis mori & ex ſe natam
relinq̃re pugnã leuectricã. Duos ſcipiões: pu
bliũ & Gn. q i hiſpania iterierũt. Maximũ.
fabium Cunctatoré ſignat: q dictus eſt ſcu-
tũ roma. q ré romanã reſtituit nõ pugnãdo:
cuius calliditate calliditas punica ſupata ẽ.
Aut ſu. bo. ſi imortalis eſt aius. Aut nu. m.
ſi aius corpuſq; oi ſenſu extĩcto cõmoriunẽ.
Diagoras oly. uictores i ludis olympiacis
olympiõicas uocãt. Celebrata ẽ phereicis: ſe
Scutũ ro- licitas: q̃ filia. Soror mẽ fuerit olympiõicaꝝ
manoꝝ fa .M. T. iofone p lucio flacco refert: qd apud
bius græ. eẽ olympiõicem. iudicaẽ ppe maius: &
Olympio glorioſu q̃ romæ triumphaſſe. De hoc rho
nices dio diagora celebrata hiſtoria eſt: & mẽinit
Hiſtoria Gel. ſ. iii. noctium atticaꝝ. is diagoras tris fili
diagoræ os adoleſcẽtes habuit unũ pugilẽ alteꝝ pan-
gaudio pe cratiaſtẽ tertiũ luctatoré eoſq; ois uidit uice
riit re: coronariq;: eodẽ olipie die & cũ ibi eũ tres
Diagoras adoleſcẽtes ãplexi corõis ſuis i caput pris po
ſitis ſauiareẽ cũq; ppls gratulabũdus flores i
eũ iaceret: ibi i ſtadio iſpectante ppſo i oſcu
lis atq; i mãibus filioꝝ gaudio aĩam efflauit
Morere: fœlicitas eſt i fœlicitate mori: ut i-
qt Se. Opiamur eos. ſ. mortuos. Orbati. pri
uati: uiduati. Vt mo. cu. qm̃ aſſerebaẽ imor
talitas aioꝝ & mors bõum eẽ nõ malum. Po
ſterior: q̃ diſſeruit ſi aĩa mortalis eſt: morté
nõ eſſe malum. Rhetoꝝ epi. ap̃ græ. epilogi

.n. ſenſus habierit tñ ſummis & ppriis bonis & lau
dis & gloriæ q̃uis non ſentiant mortui nõ carẽt. & ſi
.n. nihil i ſe heat gloria cur expetaẽ: tñ uirtuté tanq̃
umbra ſequiẽ: uerum multitudinis iudiciũ de bõis
ſi qñ eſt magis laudandũ eſt quã illi ob eam rem bea
ti nõ poſſum aũt dicere quomodo hoc acciperetur.
Lygurgũ Soloné legũ: & publicæ diſciplinæ carere
gloria. Themiſtoclé Epaminundã bellicæ uirtutis:
ante.n. ſalaminã ipſam Neptunus obruet q̃ ſalami-
ni trophæi memoriã priuſq; boetia leuctra tolleneẽ:
q̃ pugnæ leuctricæ gloria. multo.n. tardius fama de-
ſeret curiũ fabritiũ calatinũ duos ſcipiões: duos af-
fricanos. maximũ. Marcellũ: Paulũ: Catoné: Leliũ
innumerabiles alios. quoꝝ ſimilitudiné aliquã qui
arripuerit: nõ eã fama populari ſed uera bonoꝝ lau-
de metiẽs. fidẽti aĩo ſi ita res fert gradieẽ ad morté: i
qua aut ſummũ bonũ aut nullũ malũ eſſe cognoui-
mus ſecundis uero ſuis rebus uolet ẽt mori: nõ.n. tã
cumulus bonoꝝ iucũdus eſſe pt q̃ moleſta deceſſio
hãc ſniam ſignificare uideẽ laconis illa uox: qui cũ
rhodius diagoras olympionices nobilis uno die du
os ſuos filios uictores olympiæ uidiſſet. acceſſit ad
ſené & gratulatus: morere dyagora ingt: nõ.n. i cœ
lũ aſcenſurus es magna hæc: & nimiũ fortaſſe græci
putãt uel tum potius putabãt. iſq; qui hoc Dyagoræ
dixit permagnũ exiſtimãs patré cũ duobus filiis tris
olympionicas una ex domo pdire cũctari illũ diuti
us in uita fortunæ obiectũ inutilæ putabat ipſe ego
aũt tibi qdẽ qd ſatis eſſet paucis uerbis ut mihi uide
bar reſpõderã. Cõceſſeras.n. nullo i malo mortuos
eſſe ſed ob eã cãm cõtendi ut plura dicerẽ qd in deſi-
derio: & luctu hęc ẽ cõſolatio maxĩa. noſtꝝ.n. & nr̃a
eã ſuſceptũ doloré modice ferre dẽmus ne & noſmet
ipſos amare uideamur. illa ſuſpicio itollerabili dolo
re cruciat ſi opinamur eos qbus orbati ſumus eẽ cũ
aliquo ſenſu i his malis qbus uulgo opinãẽ. Hãc ex
cutere opinioné mihimet radicitus uoluit eoq; fui
fortaſſe lõgior. A. Tu lõgior? nõ mihi qdẽ. prior.n.
pars orationis tue faciebat ut mori cuperem. poſte-
rior ut modo non nolle modo non laborarem. Om
ni auté ratione illud certe perfectum eſt: ut mor-
té non ducem in malis, M, num igitur etiam rheto

rum epilogum

noiant̄:qa nobis cōcluſio nes: q̄ pars orōnis nouiſſima eſt:quā q̄dā cumulū:peroronem alii uocāt doctores Epilogus
rhetorici tripartitū epilogū ſiue peroronē faciūt cōſtantē ex enucratione āplificatōe.& cōmiſeratiōe: p enūe Peroro
ratione fit reꝝ repetitio:quæ græcæ d̄r ανακεφαλαιωσισ.i.ut interpretat̄ Augu.recapitulatio. Decurrendū Ancepha
.n.eſt p capita & q̄ breuiſſime repetendū: p āplificationē cōcitant̄ aī auditoꝝ:p cōmiſeratione flectunt̄ ad leoſis
miſericordiā:peroratio plurimū pollet in orone.M.Tul.cū oībus eloquentiæ partibus tū in porādi mune
re fuit eminentiſſimus;adeo ut illi perorationē oēs oratores relinquerēt ob excellentiā.

rum epilogū deſideramus an iā hāc artē plane relin
q̄mus. A. tu uero iſtā ne reliqueris quā ſp ornaſti. &
q̄dē iure:illa.n.ſi uere loq uolūus te ornauerat. ſed
q nā eſt iſte epilogus: hēo.n.audire qcq̄d eſt. M. de
orū imortaliū iudicia ſolēt in ſcholis ꝓferre de mor
te. nec uero ea fingere ipſi. ſed herodoto auctore ali
iſq; pluribus. Primū argiæ ſacerdotis Cleobis & Bi
tō filii p̄dicant̄. nota fabula eſt. Cū.n. illā ad ſolēne
& ſtatutū ſacrificiū curru uehi ius eſſet ſatis lōge ab
oppido ad fanū morarēturq; iumenta: tūc iuuenes
ii quos mō noīaui ueſte poſita corpora perūxerunt.
ac iugū acceſſerūt:ita ſacerdos aduecta in fanū. cū
curus eſſet ductus a filiis p̄cata a dea d̄r: ut illis p̄mi
um daret ꝓ pietate:q maximū hoī dari poſſit a deo
poſt epulatos cū matre adoleſcēte ſomno ſe dediſſe
mane inuēros eſſe mortuos: ſimile p̄catōe Tropho
nius & Agamedes uſi dicunt̄. q cū apollini delphis
tēplū exedificaſſent, uenerātes deū petierūt merce
dē nō paruā q̄dem opis & laboris ſui nihil certi. ſed
q̄d optimū hoī. Quib⁹ apollo ſe id datuꝝ oñdit poſt
eius diei diē tertiū q ut illuxit mortui ſunt repit iudi
caſſe deū dicūt & cū q̄dē deū cui reliq dii cōceſſiſ
ſent: ut preter cæteros diuinaret mortē eſſe optimū
hoi. fert̄ ēt de ſileno fabella q̄dā q cū a Mida captus
eēt hoc ei muneris ꝓ ſua miſſione dediſſe ſcribitur.
Docui ſe regē nō naſci hoi lōge optimū eē ꝓximū āt
q̄ primū mori. Qua eſt uſus ſnīa in Creſphōte Euri
pides nā nos docebat cœtus celebrātes domū luge
re ubi eēt aliqs in lucē editus hūane uaria uitæ repu
tātes mala. At q labores morte finiſſet grauis hunc
oēs amicos laude & letitia exeq. ſimile q̄ddā eſt i cō
ſolatiōe Crātoris. Ait.n. termaneū quēdā cleuſinū
cū grauiter filii mortē mœreret; uēiſſe i ſicomātiū q̄
rētē q̄ fuiſſet tāte calāitatis cā huic tabelli tris hmōi
uerſiculos datos. ignaris hoīcs in uita mētib⁹ errāt

Artē: rhetoricā ora
toriāq;. Gleobis & biton: lege herodotū co
pioſiſſime explicātem hanc hiſtoriā lib. pri
mo hiſtoriaꝝ:& nos ſummatim libauimus
in libello de fœlicitate. Ab oppido. Argos
ſignificat. Argiui.n.erāt & argis geſtare eſt: q̄
ciuitas ut ait Liuius in medio græciæ ſita eſt
Multiplex fuiſſe argos alibi explicauimus.
Ad fanū. Ad templū iunonis: q̄d diſtabat
a ciuitate ſtadia qnq; & quadraginta. Oleo
pūxerūt: oleū p mēbra & artus foris īfuſū
uigorē facit & robur ut inqt Pli. in. xxiii. de
hoc fuſus uberiuſq; in trāq̄lli cōmentariis.
A dea iunone. Mane inuentos mortuos. op
timus hic obtigit Cleobi & bitoni uitæ exi
tus: ut ait Hero. p quē deus iudicauit ſatius
eſſe hoi mori q̄ uiuere. Trophonius & ag. Oraculū
hoꝝ mētio fit a Strabone lib. ix. a q̄bus tem trophōii
plū appollinis delphici i ſtatuatū fuiſſe de
mōſtrat. Celebratū eſt oraculū trophonii a
trophonio fatiloquo dictū: olim.n. diuina
tores erāt in p̄tio: ut īperio & cœlo digni iu
dicarent̄: talis fuit Amphiaraus: talis mop
ſus talis & triphonius. Vt p̄ter cæteros diui
naret: deus diuinationis & fatidicus ē appol
lo: q ait apud Oui. p me q̄d eritq; fuitq; eſt Silenū bac
q; patet. De ſileno fabella: narrāt fabulæ: & chi altor
canit Oui. ſilenū bacchi altorē ac nutriciū a
ruſticis phrygibus captū ductūq; eſſe ad mi
dā regē: q eū miſſum faciens alūno reddit:
bacchus gaudens altore recepto ꝓ remune
ratione cōceſſit midæ ut qcq̄d corpore cōti
giſſet id in auꝝ uerteret̄ eruditi inter mini
ſtros bacchi enumerāt tityros ſatyros & ſile
nos. Nō naſci optimū: Pli. in hāc ſnīam: ita
q; multi extitere: q nō naſci optimū cēſerēt:
aut q̄ ociſſime aboleri. In creſphōte euripi
des: inter tragicos poetas græcos ægregius ē
euripides ui & ſermone: & ſniaꝝ crebritate
oratoribus cōparādus. in cuius gloriā mace
dones apud quos ſepultus erat p̄dicauerūt: Creſphō
hoc carmiē nulla ætate tua o euripides mōu tes euripi
menta peribūt hic ſcripſit īter reliqua trage dis
diā titulo creſphōtem a noīe adoleſcētis: cu Luctuoſa
ius in. ii. rhetori. mentionē fieri obſeruauius puerperia
ubi uſurpantur uerba: uel euripidis ex creſ Leta ſunt
phōte uel latini poete ab euripide mutuātis ra
q̄ ſunt hæc iniuria abs te afficior indigna pa Hi uitæ
ter. Nā ſi iprobū eſſe creſphōtem exiſtima erūnas de
bas: cur me huius locabas nuptiis? Sin eſt pro flent
bus: cur talem inuita inuitū cogis relinquere. Nā nos do. uerba euripidis ex tragedia creſphōte q̄bus oñdit̄ Crātor
natales hoīs lachrymis; obitus hilaritate eſſe ꝓſeq̄ndos: ſm̄ inſtitutū thracū: Apud quos ut Valer. ſolinuſq;
notificāt luctuoſa ſunt puerperia: læta funera. Narrat Hero. in terpſichore trauſos thraciæ populos hoc pe
culiariter factitaſſe: q editū in lucē puero circūſidētes eū cū ploratiōe ꝓſequunt̄ recēſentes q̄cūq; neceſſe ē
illi: q̄d uitā īgreſſus ſit ppeti hūanas calamitates. E cōtrario hoīem fato functū p luſū atq; letitiā ſepeliūt re
ferētes: q̄d malis liberatus. In oī ſit fœlicitate: q̄d nos quoq; ſingulari hoc uerſu cōplexi ſumus hi uitæ erum
nas: deflent hi funera plaudūt. In cō.cre. hūc. M. T. ſecutus eſt in cōſolatiōe filiæ. Solēſis fuit habitus in exi

Pſycomã/ ſtimatione Homeri & Euripidis admirator. Mereret. Lugeret. In ſicconãtiũ: nomẽ loci ubi diulatio exer
tiũ mate cebat᷑ puto legendũ pſychomãtiũ. ut intelligat᷑ locus uaticinii ubi fiebat manium euocatio ψυχ κ.n. aia & μαν
riæ inopi/ τεια: diuinatio. Euchinous nomẽ filii cuius mortem merebat pr. Laudationẽ mortis. Quinti. in. iii. nã &
nabiles ſomni & mortis ſcriptæ laudes quorũdã a medicis ciboꝝ phauoribus philoſophus ſcripſit laudationẽ quar
Erichthei tanæ febris: multi quoqȝ nõ ſophiſtæ ſolũ: ſed & philoſophi adorati ſunt tractare mſias inopinabiles q̃s græ
filiæ ci αδοξοισ υποθεσισ appellãt. Repetũt ab erichtheo: in oſone ꝑ feſtio ait mortẽ quã ẽt uirgines athenis re
gis opinor erichthei filiæ ꝓ p̃ria cõtẽpſiſſe: dicunt᷑ ego uir cõſularis tãtis rebus geſtis ti/ merẽ. Erichthonius uulgo dictus & ab Eu/ ſebio: q ab Homero Erichthus uocat᷑. Co/ drũ: hiſtoria codri puagatiſſima ẽ teſtimo/
Hiſtoria nio trogi iuſtini Vale. de quo Orat. Codrus
cõdri ꝓ p̃ria nõ timidus mori. Aug. in. xviii. ſũma tim ſic refert Codrus rex atheniẽſiũ: pelo/ ponẽſibus eiuſdẽ hoſtibus ciuitatis ſe iterfi/ ciendũ ignotus obiecit & ſactũ eſt: hoc mõ eũ p̃dicãt patriã liberaſſe. Reſpõlum. n. acce perãt peloponẽſes tũc demũ ſe ſupaturos: ſi eoꝝ regẽ nõ occidiſſent: fefellit ergo eos ha/ bitu paupis apparẽdo. Et i ſuã necẽ p iurgia ꝓuocãdo. Vñ ait Virg. Et iurgia codri: hunc atheniẽſes: tanq̃ deũ ſacrificioꝝ honore co luerũt. Menecheus: luculentis uerſibus in. x. thebaidos copioſe graphiceqȝ pſcribit ſta tius Papini. queadmodũ i bello thebano: ti reſia fatidicus dixit ad thebas liberãdas de/ poſci a fatis nouiſſimũ geneſis uiperei: tũc menecheus creõtis filius uitã deuouit ꝓ p̃riæ ſalute ſibiqȝ ferro mortẽ coſciuit ſeqȝ ſup me dias acies nondũ enſe remiſſo iecit & in ſce/ uos cadere eſt conatus achiuos. De hoc ait ſa
meneche/ tyrographus q̃rũ dilexit thebas ſi græcia ue
us amator ramenecheus. Lactã. quoqȝ in. iii. inq̃t: nã il/
patriæ le q ꝓ ſalute ciuiũ uolũtariæ ſe neci obtule rũt: ſicut thebis menecheus athenis codrus:
Hiſtoria romæ curcius. Iphigenia. iphianaſſam ap/
remotior pellat lucretius: cuius ſanguie ductores da/
de armo naũ uentos placuerũt: qd & Vir. memorat:
dio & ari/ fabulæ tradũt ſuppoſitã fuiſſe a Diana cer/
ſtogitone uã in locũ uirgis ſubductæ. Ad ꝓpiora ui/
Canepho ciniora recẽtioraqȝ. Armodius & ariſtogitõ:
ra panate/ græcia miro p̃conio celebrat armodiũ & ariſtogitonẽ tyrãnicidas: de qbus hiſtoria remotior hoc i loco refe
nea Piſi/ rẽda eſt ſcitu relatuqȝ nõ iniucũda. Armodius qdã athenis flore ætatis cõſpicuus: quẽ ariſtogitõ amabat hẽ/
ſtratidæ batqȝ in deliciis. de ſtupro appellatus ab hipparcho piſiſtrati filio rẽ detulit ad amatorem: q ꝓtinus ad iſidi/
Ne ſeruis as cõuerſus ad deſtruendã ꝓuirili pte tyrãnidem hipparchus cũ ſollicitãdo armodiũ pellicere ñ poſſet cõ
noia inde/ tumelia hmõi pſecutus eſt: ſororem harmodii: q̃ i põpa ſacroꝝ canephora erat. i. ciſtilera: & in caniſtro arca
rentur na miſtica ferens ſũmouit a miſterio religioſo ueluti idignã ea dignitate: qd ægere ferens armodius & ob ar
Pulchrũ modiũ ariſtogitõ cõſpirauerũt in hipparchi necem opientes diem feſtũ: quo panathenea: q̃ feſtiuitas ſolem
de leena nis eſt celebrari ex ritu debebãt: ubi dies feſtus aduenit forte accidit: ut qdã ex cõiuratis cũ hippia tyrãno hy/ parchi f̃re familiariter colloq̃ret᷑. Ex quo ſuſpicati rem palã factã eſſe e ueſtigio portã itrocũtes hipparchũ: adoriũt᷑ occidũtqȝ: ueꝝ icõſulte & ifœliciter: nã armodius ſtatĩ mox ariſtogitõ ſũt iterfecti: hũc imodũ pp amatoriã idignatoẽm. Cõtumeliãqȝ i armodii ſororem ipetus i hipparchũ piſiſtrati filiũ factus eſt ſ auctor: Thucidides i. vi. hoc eſt qd itelligi uoluit Ari. in. v. politicoꝝ ſcribens ob cõtumeliã ſorori armodii illatã: & ob ipm armodiũ de ſtupro cõpellatũ factũ eſſe ipetũ in piſiſtratidas ab armodio pp ſororẽm: ab ariſtogi/ tõe pp armodiũ. Pla. i dialogo cui titulus eſt hipparchus. nõnihil a Thucidide Ariſtoteleqȝ diſſentit ſuper hipparcho iterẽpto ab armodio & ariſtogitõe: quoꝝ noia: ne unq̃ ſeruis idere liceret decreto publico athe/ nienſes ſãxerũt qm̃ ut inq̃t. A. Gel. nefas ducerent noia libertati p̃riæ deuota ſeruili cõtagio pollui ſubdubi/ tat Pli. an athenienſes primi oĩum armodio & ariſtogitõ tyrrãnicidis publicæ poſuerit ſtatuas: hoc quoqȝ ad/ dãus uelut auctariũ qd ſcortũ noie leena lyræ cãtu familiaris armodio & ariſtogitõi cõſilia eoꝝ de tyrãnici dio uſqȝ ad mortem excruciata a tyrannis nõ ꝓdidit: q̃obrem athenienſes eã honore habere uolentes: ne tñ ſcortũ celebraſſe uiderent᷑ ſimulachꝝ aialis cuius nomen gerebat: hoc eſt leenã fecerũt: utqȝ ut itelligeret᷑: eã honoris i opere linguã addi ab artifice uetuerũt. Vel optare. Si ai imortales migrãt in beatiora domicilia

